BIBLIOTHECA
SC[...]CORVM ET ROMANORVM
[...]NERIANA

AVTOLYCVS

EDIDIT

FR. HVLTSCH

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI


1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SI QUÆRIS PENINSULAM AMŒNAM
CIRCUMSPICE

AUTOLYCI

DE SPHAERA QUAE MOVETUR

LIBER

DE ORTIBUS ET OCCASIBUS

LIBRI DUO

UNA CUM SCHOLIIS ANTIQUIS

E LIBRIS MANU SCRIPTIS EDIDIT

LATINA INTERPRETATIONE ET COMMENTARIIS

INSTRUXIT

FRIDERICUS HULTSCH.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXXV.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

MAURITIO CANTORI

EDUARDO HILLERO

S.

PRAEFATIO.

Autolycum Pitanaeum ex Aeolide, mathematicum, Arcesilai adulescentis, qui cum eo Sardes migraverit, praeceptorem fuisse Diogenes Laertius tradit libro IV (6, 28 sq.). Floruit igitur Autolycus ea fere aetate, qua Alexander Magnus regnum obtinuit, et aequalis fuit Aristoteli seni ac, nisi forte extremis suae vitae annis Arcesilaum instituit, usque ad exitum quarti vel ad initia tertii ante Chr. n. saeculi aetatem produxit [1]). Nam Arcesilaum,

1) Th. Henricus Martin in censura quam egit de Autolyci propositionibus ab Hochio editis, *Revue critique d'histoire et de littérature, onzième année, premier semestre, nouvelle série, tome III*, Parisiis 1877, p. 409 sq. haec de Autolyci aetate scribit: *Suivant Diogène de Laërte, Autolycus, mathématicien grec, de Pitane en Asie mineure sur la côte d'Eolide, eut pour disciple le philosophe Arcésilaüs de Pitane, qui ensuite entra dans l'école de Théophraste, ouverte à Athènes vers 322 avant J.-C. lors de la retraite d'Aristote, et qui en sortit tout jeune encore, νεανίσκος (ib. IV, 30); et pourtant Arcésilaüs était dans la force de l'âge, ἤκμαζε, vers 298 (ib. IV, 45). C'était donc probablement dès 322 environ qu'il avait quitté Autolycus pour Théophraste. Par conséquent, Autolycus enseignait vers 322. Il était donc antérieur au célèbre géomètre Euclide, qui ... florissait sous Ptolémée Soter, mort en 283. C'est donc à tort que Mohammed ben Ishak (cité par Wenrich De auctorum graecorum versionibus... syriacis, arabicis etc., p. 209, Leipzig, 1842, in-8°) attribue seul à Autolycus un commentaire sur les Eléments d'Euclide.* Conf. etiam eundem in *Mémoires de l'Institut national de France, Académie des inscriptions et belles-lettres, tome XXX, première partie*, 1881, p. 271 sq., Rud. Wolf, *Geschichte der Astronomie*, Monaci 1877, p. 113—115, Maur. Cantor, *Vorlesungen über Geschichte der Mathematik*, vol. I, Lipsiae 1880, p. 380. 311.

postquam Autolycum Pitanae et Sardibus audivit, Athenas se contulisse ibique primum Xanthi musici, tum Theophrasti, qui Aristoteli successit, scholas adiisse, denique in Academiam ad Crantorem transiisse idem scribit Diogenes.

Antiquissimus igitur Autolycus est eorum virorum mathematicorum, quorum scripta ad nostram aetatem pervenerunt; proximi autem ab Autolyco sunt Euclides et Archimedes.

Autolyci theoremata duodecim percenset Pappus Alexandrinus libro VI[2]), atque hoc quidem loco, ut in re omnibus qui ea legant satis nota, titulum libri, quo illa theoremata contineantur, commemorare supersedet, et rursus alio loco (pag. 612,15) librum *περὶ κινουμένης σφαίρας* citat non addito auctoris nomine. Sed et Autolyci esse hunc de sphaera quae movetur librum et illa ipsa quae Pappus percensuit duodecim theoremata eo libro tractata esse codicum manu scriptorum qui hodieque exstant testimonio satis constat.

Ioannes Philoponus in Aristotelis physicae auscultationis librum II[3]), postquam Theodosii sphaericorum rationem breviter exposuit, qui *χωρίσας πάσης οὐσίας τὸ σφαιρικὸν σχῆμα οὕτω τὰ συμβαίνοντα αὐτῷ ἐπισκέπτεται, ὅτι ἐὰν σφαῖρα ἐπιπέδῳ τμηθῇ κύκλον ποιεῖ, καὶ ὅσα ἄλλα,* Autolycus, inquit, *περὶ κινουμένης σφαίρας, γράψας καὶ ὅσα συμβαίνει τῇ κινουμένῃ σφαίρᾳ, μερικώτερός ἐστι τοῦ Θεοδοσίου καὶ μᾶλλον τῷ φυσικῷ προσεγγίζων.*

---

2) Pappi Alexandrini collectionis quae supersunt e libris manu scriptis edidit Latina interpretatione et commentariis instruxit Frid. Hultsch, Berolini 1876—1878, vol. II p. 518, 15—524, 24.

3) Scholia in Aristotelem collegit Christ. Aug. Brandis, ed. Academia regia Borussica, Berolini 1836, p. 348b (in Aristot. *φυσ. ἀκρ. β'* p. 193b, 25).

Librum *περὶ κινουμένης σφαίρας*, Autolyci scilicet, laudat etiam scholiasta ad Pappi collectionem (p. 1180,21).

Libros duo *περὶ ἐπιτολῶν καὶ δύσεων* et hi codices manu scripti, de quibus statim dicturi sumus, et ceteri, quotquot innotuerunt, Autolyco tribuunt. Libri primi '*περὶ ἐπιτολῶν καὶ δύσεων*' theoremata duo citantur in scholiis nostris p. 132.

Longiore disputatione Simplicius ad Aristotelis de caelo librum II[4]) demonstrat varias sphaeras caelestes quibus planetae ferantur, a nonnullis viris mathematicis ea ratione descriptas esse quae *ἡ διὰ τῶν ἀνελιττουσῶν σφαιροποιΐα* vocatur, sed neminem mechanicis eiusmodi imitationibus mundi servare potuisse veras astrorum in caelo apparitiones et cursuum quibus ferri videantur rationes: *οὐ μὴν αἵ γε τῶν περὶ Εὔδοξον* (*σφαιροποιΐαι*) *σώζουσι τὰ φαινόμενα, οὐχ ὅπως τὰ ὕστερον καταληφθέντα, ἀλλ' οὐδὲ τὰ πρότερον γνωσθέντα καὶ ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων πιστευθέντα. καὶ τί δεῖ περὶ τῶν ἄλλων λέγειν, ὧν ἔνια καὶ Κάλλιππος ὁ Κυζικηνός, Εὐδόξου μὴ δυνηθέντος, ἐπειράθη διασῶσαι, εἴπερ ἄρα καὶ διέσωσεν; ἀλλὰ αὐτό γε τοῦτο, ὅπερ καὶ τῇ ὄψει πρόδηλόν ἐστιν, οὐδεὶς αὐτῶν μέχρι καὶ τοῦ Αὐτολύκου τοῦ Πιταναίου ἐπεβάλετο διὰ τῶν ὑποθέσεων ἐπιδεῖξαι· καίτοι οὐδὲ αὐτὸς Αὐτόλυκος ἠδυνήθη· δηλοῖ δὲ ἡ πρὸς*

4) Scholia in Aristotelem coll. Brandis p. 498—504 (in Arist. *περὶ οὐρανοῦ β'* p. 293ᵃ, 4). Verba Simplicii quae supra exscripsimus leguntur apud Brandisium p. 502ᵇ, 7—16. Totum locum interpretatus est G. V. Schiaparelli in commentario qui inscribitur *Le sfere omocentriche di Eudosso, di Callippo e di Aristotele,* qui commentarius, postquam Mediolani prodiit anno 1875, in Germanicum sermonem conversus est a W. Horn in *Zeitschrift für Mathematik und Physik, Supplement zur historisch-literarischen Abtheilung des XXII. Jahrgangs,* Lipsiae 1877, p. 101 sqq. 182 sqq. Praeterea de sphaerarum *ἀνελιττουσῶν* rationibus conf. Martinum in *Mémoires de l'Institut, tome XXX, première partie,* 1881, p. 193—195. 256—264.

Ἀριστόθηρον διαφορά. ἔστι δὲ ὃ λέγω τὸ ποτὲ μὲν πλησίον, ἔστι δὲ ὅτε ἀποκεχωρηκότας ἡμῶν αὐτοὺς φαντάζεσθαι. Postquam igitur interpres Aristotelis copiosissimus de mechanica sphaerarum imitatione ac de variis quibus motus planetarum explicantur rationibus disseruit, ad aliud argumentum transgrediens neminem usque ad Autolyci aetatem docet potuisse demonstrare, quomodo fieret, ut planetae, id quod ipse oculorum adspectus ostenderet, modo propius ad nos accederent, modo remotiores conspicerentur. De hac igitur quaestione ab Autolyco contra Aristotherum disputatum est[5]), argumentis inquam et demonstrationibus, non sphaerae caelestis imitatione, quae aliena est ab hoc quidem loco.

Sed quoniam fuerunt tamen, qui eiusmodi sphaeram ab Autolyco fabricatam esse existimarent[6]), monet me ista opinio, ut simili de re pauca adiiciam. Videtur enim ex ipsius Autolyci instituto sphaera circa axem suum mobilis iis ad manus fuisse qui scriptoris theoremata et sphaerica et ea quae sunt de ortibus occasibusque pertractarent. Quae sive nigra fuit, creta vel simili materia, sive alio pigmento tincta fuit, rursus diverso aliquo colore eae lineae, quae ad singula theoremata opus essent, cum

---

5) Conf. Schiaparellium l. c. p. 195, Th. H. Martinum in *Revue critique* l. c. p. 410, eundem in *Mémoires de l'Institut* l. c. p. 271 sq. In iis quae Schiaparellius primo adnotaverat, triennio autem post emendavit, remanet tamen error interpretationis Graeci verbi *δηλοῖ*. Nimirum quae supra exscripsimus *καίτοι οὐδὲ αὐτὸς Αὐτόλυκος* cet. significant ne Autolycum quidem id de quo agitur demonstrare potuisse, hoc enim ex controversia, quam in Aristotherum instituit, apparere.

6) Fabricius in Bibliothecae Graecae libro IV cap. XVI (olim XIV), vol. V p. 299 ed. Harles., Henricus Aug. Schiek *Ueber die Himmelsgloben des Anaximander und Archimedes,* programm. gymnasii Hanoviensis, 1843, p. 32 sq. (de Archimedis globis caelestibus altera particula eodem auctore prodiit Hanoviae 1846).

suis notis geometricis ducebantur. Itaque cum sic verae circulorum, qui sunt in sphaera, descriptiones quasi ex ipsa rerum natura repetitae in conspectum discipulorum prodirent, minores relinquebantur earum figurarum difficultates, quae praeterea ad verba scriptoris in charta depingendae erant. Has enim quodammodo in planum explicatas exhibuit Autolycus, nihil in eo opere curans nisi hoc, ut linearum ac notarum ordines ac mutuae inter se complexiones perspicerentur. Tales igitur figurae nonnullae in codicibus ad hanc usque aetatem propagatae sunt, quarum de ratione nos ad libri de sphaera propositiones 2 (pag. 8), 5, 6, 8, 9, ad libri de ortibus et occasibus primi propositionem 10, secundi propos. 4 (pag. 114), quaedam adnotavimus.

Autolyci libros inter antiquissimos praestantissimosque refert Iosephus Auria[7]), eosque e tenebris, in quibus tot annos, nescio quo fato, misere iacuerint, a se vindicatos esse non iniuria gloriatur. Sed tamen, postquam Auria eos libros in Latinum sermonem conversos edidit, rursus tria fere saecula intermissa sunt, quibus ipsae Autolyci demonstrationes, Graeco scilicet sermone conscriptae, usque in tenebris latuerunt. Quocirca cum nuper Autolyci libri, ut Pappi librum VI recte edere possem, Romae a me describebantur e codice Vaticano Graeco CXCI[8]), simul in publicum usum illos mathematicae doctrinae insignes thesauros convertere instituebam. Sed cum Pappi collectionem absolvissem, veterum mensurarum ac ponderum rationes secundis curis exigendae erant aliaque quaedam opuscula pertractanda. Itaque non prius quam illud

---

7) Autolyci de vario ortu cet. (plenum titulum infra exhibebimus), in praefatione quae inscripta est INTERPRES LECTORI S.

8) Conf. praefationem in Pappi volumen II p. VII sq.

Horatianum *nonumque prematur in annum* verbo tenus, ut aiunt, evenit, Autolyci libri de sphaera et de ortibus occasibusque, anno huius saeculi LXXVI Romae excuti coepti, anno autem LXXXIII Parisiis ex bibliothecae publicae copiis emendati ac scholiis instructi, nunc demum in lucem prodeunt.

Quoniam a nonnullis viris doctis, quos infra laudabimus, solae propositiones Autolyci editae sunt, dubitatio quaedam exorta est, num demonstrationes etiam, id quod summum est in omni opere mathematico, adiecerit Autolycus, aut, si quae adiectae fuerint, utrum ab hoc ipso, an forte ab alio recentiore scriptore compositae sint. Quin etiam scholia dicere coeperunt pro demonstrationibus[9]), quamvis diversa illorum ratio ab his esse soleat. Quibus de opinionibus non opus est plura dicere: omnium, quorum ea perquirere interest, usui iam patent Autolyci et propositiones et illae quas ipse addidit demonstrationes accuratissimae et copiosissimae; denique etiam scholia antiqua plus ducenta exstant, ac plurima quidem ex Graecis codicibus in lucem a nobis prolata, pauca autem in Graecis nondum reperta, sed tamen ab Auria Latino expressa sermone.

Atque ipsius quidem Autolyci demonstrationes hoc quod edimus volumine contineri nostro iure contendere

9) Ricardus Hoche in praefatione ad Autolyci propositiones codice Hamburgensi *Autolycum cum scholiis adiectis,* tum codice Monacensi eiusdem *περὶ κινουμένης σφαίρας* libellum *cum iisdem quae in cod. H. leguntur scholiis* contineri scribit. Similiter Martinus l. c. p. 411 laudat Auriae interpretationem, *comprenant en latin les scholies grecques que ces manuscrits fournissent,* et paulo post secundum Hochium *les deux opuscules d'Autolycus avec les scholies grecques* commemorat. Idem tamen p. 413 iure suspicatur in illis quae Hochius dixit scholiis demonstrationes, quibus ipse Autolycus propositiones suas confirmaverit, latitare.

videmur. Scilicet nemini eorum, qui adhuc scriptorum mathematicorum propositiones cum suis demonstrationibus uno tenore compositas et sic in libris manu scriptis conservatas publici iuris fecerunt, hoc insuper munus impositum est, ut demonstrationes, id est totius operis partem et copiosiorem et graviorem, ab eodem auctore, quem propositiones scripsisse inter omnes constaret, profectas esse convinceret. Quid, quod ipsum dicendi genus germanam antiquitatis speciem atque incorruptam prae se fert? Si quibus theorematis singulae demonstrationis partes subnituntur, ea aut omnino non citantur aut ipsa theorematis verba repetuntur, neque usquam auctor theorematis aut nomen libri aut numerus propositionis afferuntur: haec autem omnia vetustissimae dictionis mathematicae propria esse satis constat. Accedit fusum fere et prolixum dicendi genus, idem tamen, omissis mediis quibusdam demonstrationis membris, passim etiam hiulcum; accedit testis antiquitatis nativa verborum simplicitas ac tenuitas, qualis decuit illa mathematicae disciplinae quasi incunabula.

Sed forte dixerit quispiam Theodosii sphaerica in his de quibus agitur demonstrationibus aliquotiens citari; ergo post Theodosium demum, qui primo ante Chr. n. saeculo vixerit, scriptas esse demonstrationes; alienas igitur easdem esse ab Autolyco, tribus fere saeculis antiquiore. Ad eam quaestionem in simili argumento accessit J. L. Heiberg, auctor in omni huius doctrinae genere locupletissimus[10]), ac mihi quoque pauca, quae ad eam rem pertinerent, nuper commemorata sunt[11]). Nimirum Euclidis etiam in

---

10) *Litterargeschichtliche Studien über Euklid,* Lips. 1882, p. 43—47. Hunc Heibergii libellum posthac, ubicunque eius citandi occasio redibit, breviter *Studia Euclidea* vocabimus.

11) *Λήμματα εἰς τὰ σφαιρικά* in Fleckeiseni annalibus

phaenomenis nonnulla theoremata, quae nunc in Theodosii sphaericis leguntur, citata deprehendimus neque tamen ob eam causam abiudicamus phaenomena ab Euclide auctore Immo sphaericorum libri ante Euclidem fuerunt, quibus ille usus est, quosque duobus post saeculis Theodosius in eam formam redegit, quae ad nostram usque aetatem est tradita. Atqui si ante Euclidem fuerunt sphaerica, num incredibile est ante Autolycum quoque eadem fuisse? Ne multa, nunquam Autolycus in animum inducere potuit de sphaera quae movetur aut de ortibus et occasibus ex artis mathematicae regulis libros componere, nisi iam in manibus fuissent sphaericae doctrinae elementa, ratione geometrica demonstrata. Quae sphaerica vetustissima quisquis composuit [12]), eundem fere theorematum ac demonstrationum ordinem tenuit, qui ex Theodosii sphaericis nobis est notus, ac simili etiam scribendi genere usus est. Non negaverim equidem nonnulla Theodosium suo ingenio addidisse, pauca etiam emendavisse; sed in plerisque illa quae dicimus antiquissima sphaerica simillima fuerunt his recentioribus quae sub Theodosii nomine feruntur. Nam Euclidem in phaenomenis usum esse sphaericorum libri primi theorematis quattuor, secundi octo, tertii uno demonstrat Heibergius eo quem laudavimus loco; atqui ad haec ipsa theoremata demonstranda rursus alia necessaria fuerunt, quae in iisdem sphaericorum libris inveniuntur; ergo plura etiam quam haec tredecim, quae statim enu-

---

(*Jahrbücher für classische Philologie, Leipzig, Teubner*), 1883, p. 415—420. Ibi de sphaericis, quibus Autolycus usus sit, diximus p. 416 adn. 6. Et conf. eosdem annales, 1884, p. 367 sq.

12) Ab Eudoxo Cnidio sphaerica scripta esse praeter Heibergium (l. c. p. 46) suspicatur etiam Paulus Tannery litteris mense Septembri anni 1883 ad me missis: *J'ai été joyeux de vous voir émettre l'opinion que les Sphériques de Theodose représentent un ouvrage antérieur à Archimède et à Autolycus. On ne peut guère, je crois, penser qu'à Eudoxe.*

meravimus, in antiquioribus sphaericorum libris iis fuerunt quibus Euclides usus est. Et simili argumentatione ex Autolyci demonstrationibus formam quandam illorum sphaericorum licet restituere.

Verum alia quoque in Heibergii studiis Euclideis occurrit similitudo, quae ad hanc de Autolyco disputationem apte transferatur. Nam ut in phaenomena irrepserunt nonnulla recentiorum interpretum supplementa, ita non omnia quae nunc in Autolyci libris manu scriptis leguntur eadem prorsus forma qua ad nostram aetatem pervenerunt olim ab ipso composita sunt. Velut in demonstrationibus quae exstant ad libri primi *περὶ ἐπιτολῶν καὶ δύσεων* theoremata 8 et 10 non semel *ὁραθήσεται*, at in ipsa propositione undecima et in ea quae sequitur demonstratione ubique *ὀφθήσεται* legitur[13]). Iam cum eundem scriptorem has formas longe inter se diversas eadem in scriptione promiscue admisisse vix credibile sit, atque illud *ὁραθήσεται* posteriore demum aetate e vulgari dicendi usu in litterarum monumenta sit translatum[14]), theorema undecimum, in quo vetustior forma *ὀφθήσεται* legitur, integrum ex Autolyci aetate exstare, contra illae quae *ὁραθήσεται* exhibent demonstrationes a scriptore aliquo, qui uno pluribusve saeculis post Autolycum fuit, in hanc quam nunc legimus formam redactae esse videntur. Atque in demonstrationem, quae decimum eiusdem libri

13) Vide p. 78, 19. 90, 3 et 19. 92, 9. 94, 7 et 16. 96, 8 et 12.

14) Primum qui *ὁραθήσεται* scripserit citant Galenum *περὶ χρείας τῶν ἐν ἀνθρώπου σώματι μορίων* libro X, vol. III p. 820. 822 ed. Kühn. Quamquam aoristus *ἑωράθην* inde ab Aristotelis aetate in usum venire coepit. Conf. R. Kühner, *Ausführliche Grammatik der griechischen Sprache,* edit. II, vol. I p. 881, W. Veich, *Greek verbs, new edition,* Oxoniae 1879, p. 495. Aristotelem ipsum aoristi formis modo *ὀφθῇ* modo *ὁραθῇ* ac similibus usum esse docet Hermannus Bonitz in indice Aristotelico p. 520.

theorema sequitur, insuper inculcatum est lemma quoddam recentius (p. 92, 10—94, 5), cuius scriptor, quasi sit ipse Theodosius Tripolita, *τούτῳ γάρ*, inquit, *ἐχρησάμεθα καὶ ἐν τῷ περὶ οἰκήσεων*. Denique in demonstrationibus theorematum 12 et 13 passim occurrit conclusionis formula *καὶ τοίνυν*, aliena a vetustiorum scriptorum usu.

Ergo sub finem primi de ortibus occasibusque libri nonnulla interpolata esse satis constat; at vero alia, quae ipse Autolycus eo loco adiunxerat, periisse videntur, siquidem recte ab interprete quodam citatur primi libri theorema decimum quintum[15]), id est secundum post illud quod in nostris codicibus est ultimum.

Secundi libri de ortibus in decimo ac proximis theorematis quaedam insolito more composita esse commemoravimus p. 135 adn. 3.

Contextum Graecum, qui hoc volumine continetur, non solum scholiis antiquis, sed etiam continua interpretatione Latina adnotationibusque nonnullis illustravimus. Necesse autem esse Graecorum scriptorum mathematicorum verbis addi versiones Latinas, cum et alioquin constaret et editionibus Archimedis, Euclidis, Pappi, quae Heibergio et nobis auctoribus prodierunt, satis probatum esset, nuper de Autolyco edendo disserens confirmavit M. Curtze, vir in omni doctrina mathematica versatissimus[16]). Ac rationem interpretandi eandem fere quam nuper in Pappi collectione tenuimus, et Graecis verbis accurate exprimendis et sententiis formulisque perspicue conformandis sedulo, quantum in nobis erat, intenti. Itaque, ne hoc silentio praetereamus, ex recentiorum usu Graecam *περιφέρειαν*,

15) Vide p. 132 *σχόλιον με*, p. 133 adn. 5.

16) *Jahresbericht über die Fortschritte der classischen Alterthumswissenschaft* herausgeg. von C. Bursian, vol. XI, 1877, p. 210.

id est partem aliquam totius circuli circumferentiae, Ernestum Nizze, Theodosii interpretem, secuti plerumque *arcum* interpretati sumus; sed in libro de ortibus secundo *circumferentiam* dicere aptius visum est.

Iam quoniam princeps haec Autolyci scriptorum, quotquot supersunt, in lucem prodit editio, operae pretium esse videtur, quibus rerum vicissitudinibus quasi iactatae fuerint praeclarissimi scriptoris reliquiae, paucis exquirere. Primum enim Autolyci libri in Latinum sermonem ex codice aliquo Graeco, ut videtur, verbo tenus conversi neque uspiam emendati, passim vero mutilati atque etiam auctoris sui nomine destituti, Venetiis anno MDI prodierunt in priore volumine operis quod inscribitur

> Georgii Vallae Placentini viri clariss. de expetendis et fugiendis rebus.

Cuius operis libro XVI sive Astrologiae libro I, cap. II, quaternionis *cc* folio primo verso incipit tractatus: *De sphaerae mobilitate. Sphaerae puncta aequaliter ferri dicuntur quaecunque aequali tempore aequales ac similes praetereunt magnitudines* cet., quae sunt Autolyci *περὶ κινουμένης σφαίρας*, usque ad verba: *similiter demonstrabimus quod nequidem aliud aliquod praeterquam e. igitur e. punctum centrum sphaerae est, et est in utroque abc. orbium maximus ergo est uterque abc. cdb. orbis,* quae respondent extremo contextui Graeco eiusdem libri. Sequuntur folio III verso haec: *De ortu et occasu siderum. Stellarum non errantium ortus et occasus alii dicuntur veri, alii apparentes* cet., quae conversa sunt ex Autolyci *περὶ ἐπιτολῶν καὶ δύσεων* libro primo. Sed octavam Autolyci propositionem apud Vallam sequitur duodecima eademque extrema; omissae igitur sunt propositiones nona, decima, undecima, tertiadecima. Sequuntur alia theoremata quae respondent Autolyci secundi libri propositionibus septem prioribus;

tum folio eiusdem quaternionis VI recto inde a verbis *Acceptis sub signifero in occasus ad meridiem* cet. eiusdem libri propositiones tres extremae Latino sermone expressae sunt, omissae autem illae quae mediae in Graecis leguntur, scilicet octava usque ad decimamquintam. Sequitur eodem folio verso tractatus qui inscribitur '*De signorum progressu dimensio. Si fuerint quotcunque termini in excessu*' cet.

Autolyci libri de sphaera propositiones sine demonstrationibus suis Messanae prodierunt anno MDLVIII in volumine quod inscribitur

> Theodosii sphaericorvm | elementorvm libri. III. | Ex traditione Maurolyci Messanensis Mathematici. | Menelai sphaericorvm lib. III. | Ex traditione eiusdem. | Mavrolyci sphaericorvm lib. II. | Avtolyci de sphaera, qvae movetvr | Liber. | Theodosii de habitationibus. | Evclidis phaenomena | Brevissime demonstrata. | ...... Maurolyci de Sphaera sermo. |

Incipit *Avtolyci de sphaera qvae movetur, Ex traditione Mavrolyci, liber* folio 61 recto, unde pertinet ad fol. 62 rectum [17]). Converterat autem Franciscus Maurolycus, abbas Messanensis, has Autolyci propositiones e libro Arabis Zin-Eddin-Abhari, non e Graeco aliquo codice [18]). Maurolyci interpretationem Parisiis anno 1644 repetivit Marinus Mersenne in ea quam edidit *Universae geometriae mixtaeque mathematicae synopsi* p. 243—246.

Primum Autolyci propositiones non solum Latino, sed

---

17) Maurolyci libri quamvis typis olim expressi exempla nunc multo rariora sunt quam Autolyci codices Graeci manu scripti. Nos Monacensis Bibliothecae regiae exemplo usi sumus, quod uno eodemque volumine continetur cum Bongi mystica numerorum, quo quidem titulo totum volumen obsignatum est.

18) Martin, *Revue critique* (supra adn. 1) p. 410 sq., Ricardus Hoche in praefatione ad Autolycum p. II.

etiam nativo sermone edidit Conradus Rauchfuss Argentorati anno MDLXXII. Titulus libelli, cuius item pauca admodum exempla exstant, hic est:

Sphaericae doctrinae propositiones graecae et latinae: nunc primum per M. Cunradum Dasypodium in lucem editae.

Priorem huius voluminis partem propositiones ex Theodosii libris *σφαιρικῶν*, *περὶ οἰκήσεων*, *περὶ ἡμερῶν καὶ νυκτῶν* excerptae occupant. Sequuntur Autolyci propositiones his sub titulis: ΑΥΤΟΛΥΚΟΥ *περὶ κινουμένης σφαίρας βιβλίον ἕν* (p. 36—40), tum ΑΥΤΟΛΥΚΟΥ *περὶ ἐπιτολῶν καὶ δύσεων πρῶτον* (p. 40—44), itemque *τὸ δεύτερον* (p. 44—50).

Paucis post mensibus, quam Dasypodius haec in publicum emiserat, propositiones librorum de ortibus occasibusque in sermonem Francogallicum conversas edidit Forcadel de Beziers, vir mathematicus, Parisiis anno MDLXXII [19]).

Ex eadem Dasypodii editione vir quidam et Graeca et mathematica doctus saeculo XVIII descripsit omnes quas diximus Theodosii Autolycique propositiones. Quod apographum extrema folia occupat eius codicis, quem nunc possidet Franciscus Eyssenhardt; atque eae quidem paginae, quibus Autolyci fragmenta continentur, separatim numeris 1—9, tum rursus eae, quibus Theodosiana descripta sunt, numeris 1—18 notatae sunt. Edidit autem ipse possessor ex hoc apographo, Dasypodii editionis ignarus, in Fleckeiseni annalibus [20]) Theodosii de habitationibus et de diebus ac noctibus propositiones, tum ad Autolycum

19) Scripsimus haec secundum Martinum l. c. p. 411, librum ipsum non vidimus.

20) *Jahrbücher für classische Philologie (Leipzig, Teubner)* 1868 p. 243 sqq.

variam scripturam indidem enotavit Ricardus Hoche in libello, quem statim citaturi sumus. Scriba igitur litteratus ille de quo diximus Dasypodii paginarum numeros in suum apographum transtulit, textum accuratissime, omissis tamen accentibus, adspiratione, iota subscriptis, repetivit, errores quosdam Dasypodii manifestos, velut *δύσηται* vel indicativi formam *παραγίγνηται*, in describendo correxit, praeterea autem nihil neque coniectura sua neque vero ullo ex libro manu scripto supplevit. Id quod singillatim perscrutari licuit mihi per Eyssenhardti benevolentiam, qui codicem suum excutiendum mihi misit anno MDCCCLXXXIII.

Plenos Autolyci libros in Latinum sermonem conversos Romae edidit Iosephus Auria, ac librum quidem de sphaera anno MDLXXXVII, eos autem qui sunt de ortibus et occasibus anno insequenti, his sub titulis:

> Autolyci de sphaera quae movetur liber. Scholiis antiquis, et figuris illustratus: de Vaticana Bibliotheca depromptus. Iosepho Auria Neapol. interprete.
>
> Autolyci de vario ortu et occasu astrorum inerrantium libri duo. Nunc primum de Graeca lingua in Latinam conversi: Scholiis antiquis et figuris illustrati, de Vaticana Bibliotheca deprompti. Iosepho Auria Neapolitano interprete.

His libris editis egregiam ac vix unquam satis laudandam operam praestitit vir doctissimus ac diligentissimus, qui nisi Graecum contextum omisisset (quem quidem separatim edere animum induxerat), omnibus virorum litteratorum desideriis longum in tempus satisfecisset. Quod autem editoris fuerit consilium quibusque usus sit subsidiis, ipsum audiamus exponentem. Primum in praefatione ad librum de sphaera INTERPRES LECTORI S. D. his verbis:

In Autolyco, et Theodosio id a nobis susceptum est laboris. Principio, Graecum exemplar nostrum manuscriptum cum omnibus exemplaribus graecis manuscriptis, antiquissimis illis quidem quinque, quae asservantur in Vaticana Bibliotheca, quorum mihi copiam meo arbitratu semper fecit humanissimus vir Federicus Reinaldus, Vaticanae custos, diligentissime contuli. Scholia omnia, veluti Apes summos flores, ex illis, in quibus sparsim essent posita, decerpsimus, et in nostram Autolyci, et Theodosii versionem transtulimus. Quamquam aliqua sint fortasse, quae aliena prorsus videantur, tamen nos in hoc peccare maluimus, quam committere, ut diligentia nostra desiderari possit, si quid fuisset praetermissum: Omnia (ut videre licebit) suis apte locis collocanda curavimus.

Atque idem paulo post, de Maurolyci editione, quam ille ex Arabico fonte haustam nobis tradiderit, disserens:

Ut autem nihil omitteremus, Maurolyci harum trium (ut dixi) Propositionum una cum eiusdem scholiis versionem quoque addere voluimus: Ceterum, figuras magna ex parte mutavimus; Quid nos praestiterimus, cum graeca horum librorum exemplaria edemus, omnes intelligent.

Tum in praefatione ad libros de ortibus occasibusque INTERPRES LECTORI S. dicit his verbis:

Quanta ardeam cupiditate, et adiuuandi et illustrandi hoc genus disciplinae quae *μάϑησϊς*, seu *μάϑημα* graeco nomine appellatur, quae ve ad primum mobile spectat, vel ex editione Autolyci de sphaera, quae mouetur, et Theodosij de Habitationibus anno superiore potuisti, Lector, intelligere: in quorum librorum editione cum multos in hoc genere auctores etiam ad scientiam primi mobilis pertinentes, breui me in lucem emissurum, pollicitus essem, faciendum existimaui, vt Autolyci de vario ortu, et occasu inerrantium astrorum libri duo subsequerentur: in quorum librorum editione, si nihil aliud praeterea consequemur, illud certe mihi omnium gratiam, credo, conciliabit, quòd Auctores antiquissimos, praestantissimosque in hoc genere, è tenebris, in quibus tot annos, nescio quo fato, misere iacuerunt, vindicare sim conatus. Diligentia eadem in his, atque in ceteris iam editis, adhibita est: Nam graecum exemplar nostrum manu scriptum, cum

quinque vaticanis exemplaribus graecis item, & manuscriptis à nobis collatum est: ex quibus quidem scholia omnia, quaecunque sparsim in illis essent, a nobis & decerpta, & latine facta, in singulas propositiones videbis annotata, et addita. Locos autem ad scientiam demonstrandam, quoniam in graecis codicibus nusquam erant, vel ex Euclidis Phaenomenis, vel Theodosij *τῶν* [21]) *σφαιρϊκῶν* libris, vel aliis antiquissimis graecis auctoribus, ut videre licebit, desumpsimus: in margineque posuimus: His tu, Lector, fruere, dum Euclidis Phaenomena, et Theodosii *περὶ νϋκτῶν, καὶ* [22]) *ἡμερῶν* libros duos vere aureos, ad primum etiam motum, quem *νυχθήμερον* graeci appellant, pertinentes, breui tempore excudendos curabimus. Caetera, si his delectabere, et maiora, vt spero, in dies sequentur. Absoluta enim hac doctrina primi mobilis, ad Theonis commentaria in Ptolemaei *τὴν μεγάλην σύνταξϊν* de graeca in latinam linguam vertenda animus se ipse conuertet.

Sequuntur alia de Maurolyci scriptis, cuius ex cosmographiae dialogo nonnulla citantur. Sed ut ad propositum redeamus, praeter haec quae statim laudavimus, quam bene Auria meritus sit de Autolyco, omnes paene nostrae editionis paginae plane ostendunt.

Ut supra iam diximus, post Auriae aetatem tria fere saecula praeterierunt, quibus nihil quod ad Autolycum spectaret in lucem emissum est. Tandem anno MDCCCLXXVII in programmate Iohannei Hamburgensis

ΑΥΤΟΛΥΚΟΥ ΠΕΡΙ ΚΙΝΟΥΜΕΝΗΣ ΣΦΑΙΡΑΣ ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΕΠΙΤΟΛΩΝ ΚΑΙ ΔΥΣΕΩΝ. AVTOLYCI DE SPHAERA QVAE MOVETVR ET DE ORTV ET OCCASV LIBRI. RECENSVIT RICARDVS HOCHE.

Quamquam non plenos Autolyci libros, sed propositiones tantum, ut olim Dasypodius, expressit Hochius, tamen eam ob causam merito laudandus est, quod primus

21) *των* sine accentu expressum est apud Auriam.

22) *καί* cum accentu acuto Auria.

ad codicum veterum duorum auctoritatem, Hamburgensis et Monacensis, verba Graeci scriptoris exegit. Censuram huius libelli Martinus egit eo loco quem initio citavimus p. 409—416.

Arabicae Autolyci librorum versiones exstant nonnullae de quibus agunt Harlesius in Fabricii Bibliothecae Gr. vol. IV p. 17 sq., I. G. Wenrich, De auctorum Graecorum versionibus et commentariis Syriacis Arabicis cet., Lipsiae 1842, p. 208 sq.[23]), F. Wüstenfeld, *Die Übersetzungen arabischer Werke in das Lateinische, Abhandl. der K. Gesellsch. der Wissensch. zu Göttingen,* vol. XX, anni 1877 actorum mensibus Maio et Iulio p. 65, Maur. Cantor, *Vorlesungen über Geschichte der Mathematik* I p. 603. Gothae in bibliotheca ducali complures saeculi noni codices servari, qui Autolyci, Theodosii aliorumque astronomorum versiones Arabicas contineant, et ex his quidem nonnullos a Wenrichio nondum citatos esse Guilelmus Pertsch litteris Gotha a. 1876 missis humanissime mecum communicavit.

Restat ut de libris manu scriptis, quos ipsi excussimus, pauca addamus. Ac Vaticanum quidem unum, ut iam dictum est, Romae descripsimus, alios Parisinos plures illa in urbe contulimus, denique etiam Florentiae in libro Laurentiano Autolycea quaedam invenimus. Nostro in domicilio versavimus codices Monacensem et Hamburgensem, quod ut per tantum temporis spatium, quantum opus esset, facere nobis liceret, Georgii Laubmanni et

---

23) Locus hic est, ut Wenrichii testimonium de commentariis in Euclidem iniuria Autolyco tributis, qua de re iam supra (p. V) Martinum citavimus, verbo tenus afferamus: Autolyci nomine, inquit Wenrichius p. 209, a Mohammede ben Ishak laudantur praeterea commentarii in Euclidis Elementa, Aristotelisque Categorias, quorum tamen librorum neque veterum quisquam, neque Fabricius Harlesiusque mentionem iniiciunt.

Francisci Eyssenhardti, virorum praeclarissimorum, humanitate contigit ac benevolentia.

Sequitur codicum conspectus:

A = Vaticanus Graecus 191 membraneus, saeculi XIV, partim etiam XV, continet fol. 64—70 libros *περὶ ἐπιτολῶν καὶ δύσεων*, tum fol. 72—74 librum *περὶ κινουμένης σφαίρας*. Medium inter haec Autolycea locum occupat Hypsiclis *ἀναφορικός*[24]).

B = Parisinus Graecus 2390, bombycinus, saeculo XIII ineunte, ut videtur, exaratus, continet fol. 261—264 librum *περὶ κινουμένης σφαίρας*.

C = Parisinus Gr. 2342, chartaceus, saeculi XIV, continet fol. 129^{v}—131^{r} librum *περὶ σφαίρας*, fol. 150^{r}—154^{v} libros *περὶ ἐπιτολῶν καὶ δύσεων*. In margine praeter figuras plurima scholia partim minio, partim atramento, eaque omnia minimis litterarum ductibus, qui nonnullis locis paene evanuerunt, adscripta sunt. Quae cuncta in ordinem redegimus ac suo quodque loco cum iis scholiis, quae in aliis codicibus exstant, in hanc nostram editionem recepimus.

D = Monacensis Gr. 301, chartaceus, ab Andr. Darmario saeculo XVI scriptus, continet fol. 53—75 librum *περὶ σφαίρας*.

E = Hamburgensis math. gr. V fol., chartaceus, saeculi XVII, continet pag. 5—28 librum *περὶ σφαίρας*, pag. 29—89 libros *περὶ ἐπιτολῶν καὶ δύσεων*. Breviora scholia ad suum quodque locum in margine, alia longiora ad librum de sphaera post singulas propositiones, ad libros de ortibus occasibusque uno tenore pag. 91—102 adscripta sunt.

24) Conspectum omnium auctorum et librorum mathematicorum, qui hoc amplissimo codice plurium scribarum manibus exarato continentur, praebet Gustavus Parthey in annalibus academiae Berolinensis (*Monatsberichte* etc.) 1863 p. 374 sqq.

Praeterea de paucis quibusdam locis inspeximus codices Parisinos Graecos, saeculo XIV exaratos, 2364 chartaceum, 2448 bombycinum, 2472 chartaceum.

Codex Laurentianus plut. XXVIII, 14, folio 301 sub titulo *αὐτολύκου περὶ ἐπιτολῶν ἀστέρων* continet libri primi de ortibus occasibusque definitiones inde a verbis *Τῶν ἀπλανῶν* usque ad *ἐσχάτως φανῇ δῦνον*. Qui pagina nostrae editionis 48, 7 cum reliquis codicibus consentit in *Τῶν δὲ ἀληθινῶν*, nec praeterea habet fere quae differant ab illis (nisi quod pronomen indefinitum *τί* sic cum accentu acuto et femininum *ἑῶα* sic cum circumflexo exarata sunt).

Non alienum videtur breviter hoc loco commemorare *ἰῶτα* quod vocant subscriptum in codice A plerumque, in BC semper omissum esse. In iisdem libris, ac passim etiam in aliis, litteris *ι* et *υ* bina puncta, ut formae exsistant *ϊ* et *ϋ*, superscribi solent.

Siglis codicum quae modo praescripsimus accedunt notae librorum, quos supra commemoravimus, editorum ab his: *Au* = Auria, *Da* = Dasypodio, *Ho* = Hochio, *Mau* = Maurolyco, *Va* = Valla, denique *Hu* = hoc editore.

Litterula ⁸ notae codicis paucis locis adiecta significat dubitationem de scriptura quae silentio tantum, ut aiunt, nititur.

Uncinis his [ ] ea seclusa sunt quae aliena esse videbantur ab ipsius scriptoris contextu; contra his angulatis ⟨ ⟩ illa significavimus quae in codicibus quidem omissa, sed ab editoribus probabili coniectura addita sunt. Parentheseos notae vulgares ( ) ad sensum verborum spectant, non ad rem criticam.

Sequitur scripturae varietas e codicibus excerpta, primum in ipsos Autolyci libros, tum in scholia. Numeri sunt paginarum et versuum huius editionis.

ADNOTATIO IN AUTOLYCI LIBROS.

2, 1. ἀυτολύκου A, αὐτολύκ8 B. 2. κινουμέν7ς B. σφαίρας D, σφαῖρας βιβλίον ἕν *Da*. 3. Ὅροι add. *Da*. 4. Ā B in marg., α′ E in marg., ᾱ *Da*, om. ACD. ad Ὁμαλῶς super versum addit ἰσοταχέως Paris. Graec. 2448. ὅσα et ead. m. superscr. ὅταν B, ὅταν AD, ὅσα CE*Da*. 5. ἴσα τε AB, ἴσα (omisso τε) C, ἴσα τὲ D, ἰσά τε E. ἢ BCD*Da*, ἢ A, om. E*Mau* (et aequales magnitudines et etiam similes *Au*). διεξέρχεται et superscr. ηται B. 6. β′ E, in marg. *Da*, om. ABCD. φερόμενον τί A, φερόμενον τὸ B. 7. δίο A. 9. διεξῆλθε BCD. 11. Προτάσεις add. *Da*. 12. ᾱ C in marg., ᾶ D in marg., A′ E, om. AB. στρέφεται AB. 14. ὅσα μὴ ἔστιν ἐπὶ τοῦ ἄξονος] praeter polos *Mau*. μὴ ἐστιν CDE. 15. σφαῖρᾳ D.

4, 1. τὰ αβ AB, distinx. CDE. 2. ἑ*|αυτῆς, eraso ω, A. 4. μὴ ἐστιν DE. 6. τῆ σφαῖρα A, τῇ σφαῖρα D. 9. σφαῖρας D, et sic passim infra, itemque in dativo σφαῖρα vel σφαῖρᾳ. 11. τῶν αβ ABD, distinx. CE. δὴ] τὴν E. 12. τὸ αγβ BCDE*Au*, τὸ αβ A. 16. πασαν sine acc. A. τοῦ αγβ BCDE*Au*, τοῦ αγ A. 17. τῆ αβ εὐθεία A, τῇ αβ εὐθεῖα D. 18. τῆ σφαῖρα A, τῇ σφαῖρα D. 19. οὖσα om. C. 20. 21. verba διὰ τὸ καὶ τὴν ΓΔ αἰεὶ διαμένειν τῇ AB πρὸς ὀρθὰς tolerari possent, si abesset καί, sic enim repeteretur hypothesis quae paulo supra (vs. 15—17) posita est; at ille qui haec verba, addito καί, repetivit alienum quid inculcasse videtur. 20. ἀεὶ ABCE, ᾀεὶ D. 21. ὅτι τὰ αβ AB, distinx. CDE. 26. μὴ ἐστιν E. 27. τῷ ᾱ.β̄ D. πόλους om. B.

6, 1. οἱ δὲ A pr. m. ex ὁ δὲ. 2. σφαῖρα κύκλοι παράλληλοι εἰσὶν D. 3. μὴ ἐστιν D. 5. ἔτι] ὅτι D. 7. β A in marg., β B in marg., β̄ C in marg., β D in marg., B E. 9. 10. διέρχεται D, praeteribunt *Va Mau*, percurrent *Au*. 10. κύκλων om. *Da*. 13. τὰ αβ AB, distinx. CDE. 16. τὰ γδ AB, distinx. CDE. 17. γδ AB. 21. γὰρ om. D. 22. τὰ γδ AB. οἱ δὲ γε δζ E. 23. διὰ τῆς αβγ ἐπίπεδον CE. δὴ] δὲ τὸ αγβ ἡμικύκλιον D.

8, 1. ἐξερχέcθω E. τὸ αγ δβ A. 1—3. καὶ ἐν τῇ περιφορᾷ τῆc cφαίραc μετακεκινήcθω τὸ ΑΓΔΒ ἡμικύκλιον om. C. 2. τὸ αγ | δβ A. 4. εἰcὶ C. 6. οἱ αγ δβ AB, οἱ γε δβ C, corr. DE. ὅμοια B. ἄρά ἐcτιν A. 7. 8. τό, τε γ cημεῖον D. 8. ἐπὶ τὸ E] ἐπὶ τὸ η E. 9. εἰ ἀδύνατον E. 10. παραγιγνέcθω] ἐρχέcθω D. 12. 13. τὸ αγ δβ A. 13. ὡc τὴν αε ηβ AB, ὡc τὴν αεηβ CDE, virgulam notae B adscripsit *Hu* (forsitan in codice antiquiore olim scriptum fuerit ͵B, unde in codice A mansit litterae β forma similis μ). 14. τῶν αε ζβ AB. αε ηβ A, αεηβ BCDE, virgulam notae B adscripsit *Hu*. 15. ἐπὶ τὸ B′ *Hu*, ἐπὶ τὸ ε ABCDE, 'ad punctum E' *Au*. 16. ἐcτιν τῆc D, sed ν expunctum. 17. 18. τό, τε γ ἐπὶ τὸ ε παραγίνεται D. 19. ὁμοίωc δὲ D. 20. οὐδ' E. ἐπ' ἄλλό τι ABCD, corr. E. 22—25. μὴ ἐρχέcθω δὲ τὸ αγβ ἡμικυκλίῳ (sic) διὰ τοῦ δ ὡc ἔχει ἐπὶ τῆc β′ καταγραφῆc D. 23. διὰ τῶν αγβ ABE, distinx. C (de D vide priorem adnot.). 25. δευτέραc] β˘ C, β′ D (ut iam supra adnotatum est). 26 sq. circulus θδζ parallelus, in quo θ punctum feratur *Au* (nisi quod Latinas notas *H D F* habet pro θ δ ζ).

10, 1. ὁ ΔΘΖ] ὁ θδζ E*Au* (conf. priorem adnot.). post τῇ ΓΕ add. D compendium vocis περιφερείαc. 2. ὁμοία ἡ θη et similiter paulo post τῇ δζ περιφερείᾳ E secundum notas geometricas figurae, quae est in codice, adscriptas; illic enim θ occupat locum notae δ in nostra figura (p. 8) et vice versa δ locum ipsius θ; easdem notas in codice suo legisse videtur *Au*, sed tamen figura eius diversa est a notatione codicis E, nostrae autem notationi congrua. 2. 3. περιφερείᾳ ἐcτὶν ὁμοία· καὶ ἡ ΔΗ ἄρα τῇ ΘΖ om. B. 3. καὶ ἡ θη ἄρα E; idem in suo codice legisse videtur *Au* (conf. adnot. ad vs. 2). τῇ θζ (ante ἐcτὶν ὁμοία) CD, θζ (omisso τῇ) E, τῇ εζ A, ipsi DF (id est τῇ δζ) *Au*. ἔcτιν A. 4. καὶ εἰcὶ BCD. 4—9. Quare circumferentia θη aequalis est circumferentiae δζ: aequali igitur tempore punctum θ ad η veniet, atque δ ad ζ accedet: sed quo tempore punctum δ ad ζ pervenit, eodem tempore punctum γ ad ε accedit: aequali igitur tempore punctum γ ad ε, et θ ad η perveniet *Au* (nisi quod Latinas notas *C* pro γ, *E* pro ε et similiter ceteras habet). 4. ἄρά ἐcτιν A, ἄρα ἐcτὶ C. 4. 5. ἡ θη ϛ^{a} τῇ δζ περιφερείᾳ E (conf. ad vs. 2 et 3),

similiter *Au* (ut modo adnotatum est). 5—7. ἐν ἴςῳ ἄρα χρόνῳ τὸ θ̄ ἐπὶ τὸ η̄ — καὶ τὸ δ̄ ἐπὶ τὸ ζ̄. ἐν ἴςῳ δὲ χρόνῳ τὸ δ̄ ἐπὶ τὸ ζ̄ παραγίγνεται E (perinde igitur ac supra θ et δ inter se permutavit). 6. παραγίνεται D (sed paulo post bis παραγίγνεται). 8. χρόνῳ τό,τε γ̄ D. 9. καὶ τὸ θ̄ ἐπὶ τὸ η̄ E (conf. ad vs. 5—7). 10. Γ A in marg., Γ B in marg., Γ C in marg., Γ D in marg., Γ E, ἀντίςτροφον praeterea addit C in marg. 11. διεξέρχεται] transmittent *Va Mau*, praeteribunt *Au* (iidem interpretes aliis quoque locis futura tempora verborum pro praesentibus suo arbitrio ponere, vel etiam praesentia pro futuris — velut infra p. 12, 11—13, p. 14, 19 — praeferre solent). 12. ςημεῖα τινὰ ABCDE*Da*. 13. ὁμοῖαι εἰςίν AD, ὅμοιαί εἰςιν B*Da*. 14. πόλοι δὲ τὰ αβ̄ AB, distinx. CDE. 16. τὰ γδ̄ AB, distinx. CDE, item vs. 17. 18. τό, τε γ̄ ςημεῖον D. 18. 19. διαπορευέςθω usque ad περιφέρειαν om. C. 20. ὁμοιά ἐςτιν A. 21. μή ἐςτιν E. 22. τό,τε γ̄ D, item vs. 24. 23. τὴν γε̄ διαπορεύεται περιφέρειαν E.

12, 1. 2. χρόνῳ τό,τε δ̄ D. 2. post τὴν ΔΗ add. B τῇ ΔΖ, sed ea expunxit prima manus. καὶ εἰςὶ CD, καὶ εἰςι E. 3. ἄρα ἔςτιν A, ἄρά ἐςτιν B. 4. ὅπέρ ἐςτιν ACD. 5. ὅμοιά ἐςτιν A, ὁμοίά ἐςτιν B. 6. οὐδ' ἄλλη E. ἄρά ἐςτιν AB. 7. τῇ ΔΖ] τῇ δζ̄ περιφερείᾳ D, τῇ δζ ϡ E. 8. Δ A in marg., Δ B in marg., δ̄ C in marg., Δ' D in marg., idem E tituli instar. 11. οὐδὲν τῶν BCDE, οὐδὲν τὸν enotavi ex A. 11—13. superficiei sphaerae punctum nullum occidit, nullum oritur *Va*, nullum punctum superficiei sphaerae oritur, nullum occidit *Mau* (liberius Graeca verba interpretantes). 12. ςημεῖον D, ςημείων (sic) *Da*. 13. ad verba ἀλλὰ τὰ μὲν cet. D in marg. adnotat ᾱ. ἀεί ἐςτι ABCE, ᾳεὶ ἐςτὶ D. 14. ἀεί ἐςτιν ABCE, ᾳεί ἐςτιν D. semper occultantur *Va Mau*, semper occulta sunt astra *Au*. 15. μέγιςτος add. *Hu*. 17. τότε E. 20. ἐπὶ τῆς om. B.

14, 2. παράλληλος interpolatori tribuit *Hu*; nam circulum γδ horizonti parallelum esse in proximis demum demonstratur. 3. κύκλος in contextu omissum in margine add. D. 4. ὀρθάς ἐςτι BC, ὀρθάς ἐςτὶ D, ὀρθάς ἐςτὶ E. 6. ςυμβάλλει et minio superscr. ςυμπίπτει C, ςυμβαλεῖ et in marg. pr. manu ςυμπίπτει E. 7. ὅπέρ ἐςτιν ABCD. ἔςτι γὰρ BCDE. 9. ἡ ante

ἀνατελεῖ in D minus distincte scriptum est. 13. 14. ἐστιν ἐν τῷ φανερῷ] in ipso apparenti sunt *Va*, erunt in apparente *Au*, immo ἐστιν φανερά *Hu*. 14. 15. ἐστιν ἐν τῷ ἀφανεῖ] in non apparenti *Va*, erunt in occulto *Au*, ἐστιν ἀφανῆ E. 16. έ A in marg., ε B in marg., ε C in marg., ε D in marg., ε E. 17. τότε pro τό τε E, et sic passim posthac. 17. 18. ad verba πάντα τὰ ἐπὶ cet. D in marg. adnotat β (conf. ad p. 12, 13). 19. καὶ δύσεται καὶ ἀνατέλλει *Da*, et occidunt et oriuntur *Va Mau*. ἴσον BE. 20. ἐνεχθήσεται] vertuntur *Va*, morantur *Mau*. 22. Ὁ γὰρ διὰ τῶν CE. 23. ὁ ΑΒΓ] ὁ αβ A, ABC (id est ΑΒΓ) *Va Au*. 26. σημεῖα BD[a], σημεῖον A, om. CE. occidere et oriri *Va*, et orientur et occident *Au*. δύνει] δυνάμει (sic) D.

16, 1. 2. τι σημεῖον — τὸ Δ] punctum aliquod C *Au* (hoc igitur loco in Graecis Γ legit, in reliqua autem demonstratione easdem notas habet ac Graeci codices), punctum — d *Va*. 3. ὁ βδ γε AB, coniunx. CDE. 4. ad verba ὅταν μὲν cet. D in marg. adnotat γ (conf. ad p. 12, 13. 14, 17 sq.). 5. δύνει] δύνασθαι D. 6. τὸν βγ δε A, τὸν βγδε BCD *Va*, τὸν βεγδ E, corr. *Hu* auctore *Au*. 7. δίχα τὲ ABCD. καὶ πρὸς ὀρθὰς om. ABCD *Va Au*, πρὸς ὀρθὰς om. E, corr. *Hu*. 8. ἄρά ἐστιν AB. 9. αἰεὶ ABCD, ἀεὶ E. 11. ἴσον ABE, corr. CD. 16. ἴσον AE, corr. BCD. 19. ς́ A in marg., ς B in marg., ς CD in marg., ς' E, ad eandem propos. D in marg. praeterea adnotat δ (conf. modo ad vs. 4). 21. ἐφάπτεται E, ἐφάψηται *Da*. 23. αἰεὶ ABCD, καὶ E, ἀεὶ *Da*. 24. αἰεὶ ABCD, ἀεὶ E *Da*.

18, 1. μένων κύκλος μέγιστος E. 2. τὸ τὲ A. 4. ἐφάπτεται E, sed ψεται corr. prima m. in marg. 5. αἰεὶ AB CD, ἀεὶ E, item proximo versu. 7. 8. ἔστω γὰρ ὁ φανερὸς πόλος τῆς σφαίρας ὁ δ. καὶ διὰ τῶν τοῦ αβγ κύκλου πόλων καὶ τοῦ δ μέγιστος cet. D. 8. τοῦ ΑΒΓ κύκλου] τοῦ αβγ C. 10. 11. διαστήματι δὲ τῷ δα κύκλος γεγράφθω ὁ αηζ D. 12. ad verba διαστήματι δὲ τῷ ΕΓ cet. D in marg. adnotat ε (conf. ad p. 12, 13. 14, 17 sq. 16, 4 et 19). γεγράφθω ὁ γκθ B. 13. τῶ γθ κύκλω BC, item A (nisi quod nihil adnotatum est, utrum τῷ an τῶ, κύκλῳ an κύκλω habeat), idem legit *Va*, corr. DE *Au*. 13. 14. ἴσος τὲ A, ἴσος τὲ B. 14. παράλληλος ἐστὶ B,

παράλληλός ἐστι CD. 14. 15. τῶν αζη γκθ B (conf. supra ad vs. 12).

20, 1. αἰεί ἐστι BCD, αἰεὶ ἔστι A, ἀεὶ ἐστι E. 1. 2. αἰεί ἐστιν ABC, ἀεί ἐστιν E, αἰεὶ, omisso ἐστιν, D. 3. μὴ ἔστιν AC, μή ἐστιν BDE. ἀεὶ E. 5. συμβαλέτω D. 6. ἐπεὶ] καὶ ἐπεὶ D. 7. τῶν (ante ἐν τῇ σφαίρᾳ) om. D in contextu, sed add. prima m. in marg. 8. δίχα τὲ ABCD. 9. τέμνει D. ἄρά ἐστιν AB. 13. 14. ἐπὶ διαμέτρου τῆς αγ bis scripta sunt in E; sequitur σημεῖα, sed id expunctum. 15. ἐφέστηκε BCD. 19. 20. τέμνεται καὶ κατὰ τὸ δ E. 23. ἐλαχίστη ABCDE, sed A χιστ partim in rasura. ἐστὶν πασῶν E. ἀπὸ τοῦ Δ] ab d *Va*, a polo D *Au*. 25. εὐθείας (post ΔΛ) om. D. ad verba ἀλλὰ καὶ ἴση cet. D in marg. adnotat ζ (conf. ad p. 18, 12 cet.). 26. γάρ ἐστι BCD.

22, 2. οὐδὲ] οὐδὲν E. 3. ὁ μὲν ἄρα αηζ κύκλος D. αἰεί ἐστιν A, αἰεί ἐστι BC, ᾳεί ἐστι D, ἀεί ἐστιν E. 4. ὁ δὲ γθα D. αἰεί ἐστιν AB^{s}C, ᾳεί ἐστιν D, ἀεί ἐστιν E. 5. ζ A in marg., ζ B in marg., ζ C in marg., ζ D in marg., Z E. Ἐὰν ὁρίζων, omisso ὁ, B. Ἐὰν ὁ ὁρίζων ἐν τῇ σφαίρᾳ κύκλος] Si circulus in sphaera fixus *Mau*. ἐν τῇ σφαίρᾳ] τῇ σφαίρᾳ, omisso ἐν, D. 5. 6. τό τε φανερὸν καὶ τὸ ἀφανὲς τῆς σφαίρας D, item *Da* (nisi quod τότε, ut reliquis quoque locis, pro τό τε). 8. ἀεὶ E. 9. ποιοῦνται] faciunt *Va Mau*, facient *Au*. 10. ἔσονται ABCDE*Da*, erunt *Au*, εἰσὶ *Hu* auctore *Va* (qui interpretatur *similiter inclinantur verguntque ad horizontem*, quae, omisso *verguntque*, repetit *Mau*). κεκλιμένος D. 13. 14. ὁ ΑΒΔΓ *Hu*, ὁ αη βδ A, ὁ αηβδγ BCDE, ὁ αβγη legisse videtur *Au*, agb. dhc *Va*. 16—18. ἔστωσαν οἱ αβγδ—ὅτι οἱ αβγδ B. 16. 17. ἔστωσαν οἱ ΑΒ ΓΔ] pro ΓΔ *Au* suo arbitrio posuit *EF*, id est EZ, atque item posthac. 18. 19. κατὰ αὐτὰ, omisso τὰ, B. 19. ἀεὶ E. 21. 22. καὶ διὰ μὲν τῶν Δ Β usque ad τὰς δύσεις interpolatori tribuit *Hu*. διὰ μὲν τῶν δβ σημείων τὰς ἀνατολὰς ποιούντων scholii instar adscripta sunt in marg. Paris. 2472 fol. 47^{r}. 21. τῶν δβ AB, distinx. CDE. 22. τῶν αγ ABCD, distinx. E. 24. τοῦ Ε] videlicet in puncto H (id est θ) *Au*. 26. τὸ Ζ] punctum R *Au*, qui similiter etiam in proximis notas geometricas suo arbitrio posuit. 26. 27. τοῦ αβ γδ AB, τοῦ αβγδ CE, τοῦ αηβδγ D, corr. *Hu*.

24, 1. ἐπεζεύχθωcαν οἱ (sic) ηθ · ζε · ζβ E. ἐπεὶ] καὶ ἐπεὶ D. 3. τὸ αβγδ AE, τὸν αβγδ BC, corr. D. 3. 4. δίχα τὲ ABCD. 4. ἄρά ἐcτιν AB. 5. τοῦ αβγδ ABCDE, corr. *Hu.* 6. τὸν αβ γδ A, τὸν αβγδ BCDE, corr. *Hu.* 6. 7. τοῦ αβ γδ A, τοῦ αβγδ BCE, corr. D. 8. ἐφέcτηκε BC. 8. 9. τοῦ ηζθ D, et in marg. ηζθ repetit prima m. 9. τέτμηται] τέμνηται E. 10. περιφέρεια ἡ ἡμίcεια· ἡ ZH om. E. ἡ ἡμίcεια ABCD, quam dimidia *Va Au*, interpolatori tribuit *Hu* (conf. p. 20, 20 sq. et Theod. sphaer. 3, 1). 11. ἐcτὶ B CD, ·/. (ut passim aliis quoque locis) E. 12. τὸν αβ γδ A, τὸν αβγδ BCE, corr. D. 13. τῆc ζη τῆc ἀπώτερον ἐλάccων ἐcτίν C, τῆc ζη ἀπώτερον ἐλάccων ·/.ν E, τῆc ζη ἐλάccων ἐcτὶ τῆc πορρώτερον D. ad verba ἐλάccων ἄρα cet. D in marg. adnotat θ, et ad proximum statim versum ι (conf. ad p. 20, 25 cet.). 14. ὅπέρ ἐcτιν ἄτοπον C, ὅπερ ἄτοπον, omisso ἐcτὶν, D. 16. τὴν ἀνατολὴν ποιήcεται] orietur *Va*, ortum facit *Au*. διὰ δὲ] καὶ διὰ E. 19. ad verba ὥcτε οἱ AB ΓΔ cet. D in marg. adnotat κ (conf. modo ad vs. 13 cet.). ἀεὶ E. 20. ποιοῦνται] facient *Au* (suo arbitrio, ut paulo supra *facit* pro ποιήcεται).

III. Si sphaera aequabiliter circa axem suum vertitur, arcus circulorum parallelorum, quos aequali tempore puncta quaedam per eos circulos percurrunt, inter se similes sunt[3]). Prop. 3

Sit sphaera cuius axis $\alpha\beta$, poli autem puncta α β, et sumantur puncta quaedam γ δ in superficie sphaerae, et paralleli circuli, per quae puncta γ δ feruntur, sint $\gamma\varepsilon$ $\delta\zeta$, et aequali tempore punctum γ arcum $\gamma\varepsilon$ ac punctum δ arcum $\delta\zeta$ percurrat; dico arcum $\gamma\varepsilon$ arcui $\delta\zeta$ similem esse.



Si enim arcus $\gamma\varepsilon$ non similis est ipsi $\delta\zeta$, sit $\gamma\varepsilon$ similis ipsi $\delta\eta$; aequali igitur tempore punctum γ arcum $\gamma\varepsilon$ et δ ipsum $\delta\eta$ percurrunt. Sed aequali tempore

1) Hoc, nisi me fallit, scriptor ea fere ratione demonstrari voluit, quam posteriores inire potuerunt secundum Euclidis elem. 6, 33 et 3, 28. Et conf. σχόλιον η.

2) Propter secundam definitionem huius (conf. σχόλιον ϑ).

3) Conf. Pappum collect. 6 p. 628 sq. Conversam hanc esse propositionem ex ea quae praecedit et converso modo demonstrari adnotat Maurolycus fol. 61[v]. Et conf. σχόλια ι—ιβ.

FIGURA longe alia exstat in codicibus ABCE, ubi rectam $\alpha\beta$ secant duae circumferentiae fere parallelae $\gamma\varepsilon$ $\delta\eta\zeta$ (in AB omissum est η), circulus autem nullus comparet.

πορεύεται καὶ τὸ Δ τὴν ΔΖ· ἐν ἴσῳ ἄρα χρόνῳ τὸ Δ τὴν ΔΖ διαπορεύεται καὶ τὸ Δ τὴν ΔΗ. καὶ εἰσὶν τοῦ αὐτοῦ κύκλου· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ΔΗ τῇ ΔΖ, ἡ ἐλάσσων τῇ μείζονι, ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον· οὐκ ἄρα ὁμοία ἐστὶν ἡ ΓΕ τῇ ΔΗ. ὁμοίως δὴ δείξομεν ὅτι οὐδὲ ἄλλῃ τινὶ πλὴν τῇ ΔΖ· ὁμοία ἄρα ἐστὶν ἡ ΓΕ περιφέρεια τῇ ΔΖ.

(ιγ) · *δʹ. Ἐὰν ἐν σφαίρᾳ μένων μέγιστος κύκλος πρὸς ὀρθὰς ὢν τῷ ἄξονι ὁρίζῃ τό τε ἀφανὲς καὶ τὸ φανερὸν ἡμισφαίριον τῆς σφαίρας, στρεφομένης τῆς σφαίρας περὶ τὸν ἑαυτῆς ἄξονα οὐδὲν τῶν ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας σημείων οὔτε δύσεται οὔτε ἀνατελεῖ, ἀλλὰ τὰ μὲν ἐν τῷ φανερῷ ἡμισφαιρίῳ αἰεί ἐστι φανερά, τὰ δὲ ἐν τῷ ἀφανεῖ αἰεί ἐστιν ἀφανῆ.*

Ἐν γὰρ σφαίρᾳ μένων <*μέγιστος*> *κύκλος ὁ ΑΒ πρὸς ὀρθὰς ὢν τῷ ἄξονι ὁριζέτω τό τε φανερὸν τῆς σφαίρας καὶ τὸ ἀφανές· λέγω ὅτι στρεφομένης τῆς σφαίρας περὶ τὸν ἑαυτῆς ἄξονα οὐδὲν τῶν ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας σημείων οὔτε δύσεται οὔτε ἀνατελεῖ.*



(ιγ) *Ὅ ἐστιν ἐπὶ τῆς μυλοειδοῦς κινήσεως· τότε γὰρ καὶ ὁ ἰσημερινὸς ὁρίζων γίνεται, καὶ ἓξ μηνῶν ἡ ἡμέρα καὶ ἓξ μηνῶν ἡ νύξ.*

---

1) Sic enim suppositum est.

PROPOS. 4: Pappus collect. 6 cap. 34 (p. 520). Ad eandem Maurolycus fol. 61ᵛ adnotat: 'Nam talis circulus manens est communis limes talium hemisphaeriorum, et per primam huius, puncta singula suos seorsum parallelos semper in alterutro hemisphaeriorum describent.' Praeterea haec scholia antiqua duo affert Auria p. 27 sq.: 'Schol. 1. Quod proponit Au-

etiam punctum γ ipsum $\gamma\varepsilon$ et δ ipsum $\delta\zeta$ percurrunt[1]); ergo punctum δ aequali tempore et $\delta\zeta$ et $\delta\eta$ percurrit. Et *arcus* sunt eiusdem circuli; ergo $\delta\eta$ ipsi $\delta\zeta$, minor maiori, aequalis est, id quod fieri non potest; ergo $\gamma\varepsilon$ non similis est ipsi $\delta\eta$. Similiter demonstrabimus nullum alium praeter $\delta\zeta$ similem esse; ergo arcus $\gamma\varepsilon$ ipsi $\delta\zeta$ similis est.

IV. Si in sphaera maximus circulus manens, perpendicularis ad axem, distinguet occultum et conspicuum hemisphaerium, et sphaera circa suum axem convertetur, nullum eorum quae sunt in superficie sphaerae punctorum neque occidet neque orietur, sed ea quae sunt in conspicuo hemisphaerio semper conspicua sunt, et quae in occulto semper occulta. Prop. 4

In sphaera enim maximus circulus manens $\alpha\beta$, perpendicularis ad axem, distinguat conspicuam sphaerae *partem* et occultam; dico, si sphaera circa axem suum convertetur, nullum eorum quae sunt in superficie sphaerae punctorum neque occasurum esse neque oriturum.

---

tolycus, in motu sphaerae rotundo accidit, videlicet ubi circulus Aequinoctialis est Horizon: tunc enim cuncta astra per circulos ipsi aequinoctiali parallelos feruntur: et sex mensibus dies continuus est, et sex iterum mensibus perpetua nox. — Schol. 2. Idem, quod Autolycus, ostendit etiam Theodosius propositione 1. libri de habitationibus: Hoc autem accidit iis, qui sub Polo degunt: Lege quae in 1. Theod. de habitationibus sunt annotata: huc etenim spectant: Vide etiam et Decimam eiusdem Theod. in eodem libro de Habitationibus.' Ad Auriae Schol. 1 conf. Graecum ιγ. Quo sensu ab Autolyco μένων κύκλος dictus sit, pluribus exponit Th. H. Martin in *Revue critique,* 1877, premier semestre, p. 414 (conf. indicem nostrum s. v.).

FIGURA diversa est in codicibus ABCE, duo scilicet circuli circa unum centrum descripti, quorum maior $\alpha\beta$, minor $\gamma\delta$ notatus est.

*Εἰλήφθω γάρ τι σημεῖον ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας τῆς
σφαίρας τὸ Γ, καὶ ἔστω [παράλληλος] κύκλος καθ' ου
(ιδ) φέρεται τὸ Γ σημεῖον ὁ ΓΔ· ὁ ΓΔ ἄρα κύκλος πρὸς
(ιε) ὀρθάς ἐστιν τῷ ἄξονι. ἀλλὰ καὶ ὁ ΑΒ· παράλληλος
ἄρα ἐστὶν ὁ ΓΔ κύκλος τῷ ΑΒ κύκλῳ. εἰ ἄρα τὸ Γ
σημεῖον δύσεται ἢ ἀνατελεῖ, συμβαλεῖ ὁ ΓΔ κύκλος
(ις) τῷ ΑΒ ὁρίζοντι, ὅπερ ἐστὶν ἄτοπον· ἔστιν γὰρ αὐτῷ
παράλληλος· οὐκ ἄρα τὸ Γ σημεῖον
δύσεται ἢ ἀνατελεῖ. ὁμοίως δὴ δείξομεν ὅτι καὶ πάντα τὰ ἐπὶ τῆς
ἐπιφανείας τῆς σφαίρας σημεῖα οὔτε
δύσεται οὔτε ἀνατελεῖ, ἀλλὰ τὰ μὲν
ἐν τῷ φανερῷ διὰ παντός ἐστιν ἐν
τῷ φανερῷ, τὰ δὲ ἐν τῷ ἀφανεῖ διὰ παντός ἐστιν ἐν
τῷ ἀφανεῖ.*



(ιζ) *ε'. Ἐὰν διὰ τῶν πόλων τῆς σφαίρας κύκλος μένων ὁρίζῃ τό τε φανερὸν καὶ τὸ ἀφανές, πάντα τὰ ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας σημεῖα στρεφομένης αὐτῆς καὶ δύσεται καὶ ἀνατελεῖ καὶ τὸν ἴσον χρόνον ὑπέρ τε τὸν ὁρίζοντα ἐνεχθήσεται καὶ ὑπὸ τὸν ὁρίζοντα.*

Διὰ γὰρ τῶν πόλων τῆς σφαίρας κύκλος μένων ὁ ΑΒΓ ὁριζέτω τό τε φανερὸν τῆς σφαίρας καὶ τὸ ἀφανές· λέγω ὅτι στρεφομένης τῆς σφαίρας ἐν τῇ περιφορᾷ πάντα τὰ ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας σημεῖα καὶ δύνει καὶ ἀνατέλλει.

(ιδ) *Διὰ τοῦ α' τούτου.*
(ιε) *Διὰ τοῦ ιδ' τοῦ ια' Εὐκλείδου.*
(ις) *Οἱ γὰρ παράλληλοι οὐ συμπίπτουσιν.*
(ιζ) *Ὅ ἐστιν ἐπὶ τῆς ὀρθῆς σφαίρας· τότε γὰρ καὶ ὁ ὁρίζων διὰ τῶν πόλων ἐστὶ τῆς σφαίρας καὶ ἀεὶ ἰσημερία.*

---

1) Autol. propos. 1 huius (conf. *σχόλιον ιδ*).

Sumatur enim punctum quoddam in superficie sphaerae γ, et circulus, per quem punctum γ fertur, sit $\gamma\delta$; ergo circulus $\gamma\delta$ perpendicularis est ad axem[1]). Verum etiam circulus $\alpha\beta$; ergo circulus $\gamma\delta$ ipsi $\alpha\beta$ parallelus est[2]). Si igitur punctum γ aut occidet aut orietur, circulus $\gamma\delta$ continget horizontem $\alpha\beta$, id quod absurdum est (nam eidem parallelus est); ergo punctum γ neque occidet neque orietur. Similiter demonstrabimus omnia reliqua in superficie sphaerae puncta neque occasura esse neque oritura, sed ea quae in conspicuo sunt semper esse conspicua, et quae in occulto semper esse occulta.

V. Si circulus per polos sphaerae *transiens et* manens distinguet conspicuum et occultum, omnia in superficie sphaerae puncta, dum ipsa vertetur, et occident et orientur et aequale tempus super horizontem ac sub horizonte ferentur. Prop. 5

Per polos enim sphaerae circulus manens $\alpha\beta\gamma$ distinguat conspicuam sphaerae *partem* et occultam; dico, si sphaera convertatur, in conversione omnia in superficie sphaerae puncta et occidere et oriri.

---

2) Eucl. elem. 11, 14 (conf. *σχόλιον ιε*).

PROPOS. 5: Pappus collect. 6 cap. 35 (p. 520). Ad eandem Maurolycus fol. 61^v adnotat: 'Nam talis circulus manens, per 20^m [*lege* 15^m] primi sphaericorum Theodosii, secat per aequalia singulos parallelos, hoc est in semicirculos. Quare per 2^m huius, per aequale tempus punctorum unumquodque feretur utrinque a circulo secante.' Accedunt duo scholia apud Auriam p. 28: 'Schol. 1. Hoc evenit iis, qui sphaeram rectam incolunt: tunc etenim Horizon per sphaerae polos est ductus, secatque circulum Aequinoctialem, et omnes ipsi parallelos circulos in partes aequales: et semper aequinoctium est. (Lege praeterea, quae in 5. partem prop. 2. Euclid. Phaenomenwn sunt adnotata.) — Schol. 2. Idem ostendit Theod. prop. 2 lib. de Habitationib. Hoc autem illis accidit, qui degunt sub aequinoctiali.

Ἔστω γάρ τι σημεῖον ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας τὸ Δ, καὶ ἔστω παράλληλος κύκλος καθ' οὗ (ιη) φέρεται τὸ Δ σημεῖον ὁ ΒΔΓΕ· ἐν τῇ ἄρα περιφορᾷ τῆς σφαίρας τὸ Δ σημεῖον, ὅταν μὲν κατὰ τὸ Γ γένηται, (ιθ) ἀνατέλλει, ὅταν δὲ κατὰ τὸ Β, δύνει. καὶ ἐπεὶ ὁ ΑΒΓ κύκλος τὸν ΒΔΓΕ κύκλον διὰ τῶν πόλων τέμνει, δίχα τε αὐτὸν τεμεῖ ⟨καὶ πρὸς ὀρθάς⟩· ἡμικύκλιον ἄρα ἐστὶν ἑκάτερον τῶν ΒΕΓ ΒΔΓ· τὸ Δ ἄρα σημεῖον αἰεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ σημεῖα τοῦ ΑΒΓ κύκλου καὶ δύσεται καὶ ἀνατελεῖ καὶ τὸν ἴσον χρόνον ὑπὲρ τὸν ὁρίζοντα ἐνεχθήσεται καὶ ὑπὸ τὸν ὁρίζοντα. ὁμοίως δὴ δείξομεν ὅτι καὶ πάντα τὰ ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας σημεῖα καὶ δύσεται καὶ ἀνατελεῖ καὶ τὸν ἴσον χρόνον ὑπέρ τε τὸν ὁρίζοντα ἐνεχθήσεται καὶ ὑπὸ τὸν ὁρίζοντα.



(κ) ϛʹ. Ἐὰν ἐν σφαίρᾳ μέγιστος κύκλος μένων ὁρίζῃ τό τε φανερὸν τῆς σφαίρας καὶ τὸ ἀφανὲς λοξὸς ὢν πρὸς τὸν ἄξονα, ἐφάψεται δύο κύκλων ἴσων τε καὶ παραλλήλων ἀλλήλοις, καὶ τούτων ὁ μὲν πρὸς τῷ φανερῷ πόλῳ αἰεὶ ἔσται φανερός, ὁ δὲ πρὸς τῷ ἀφανεῖ αἰεὶ ἀφανής.

(ιη) Εἰ γὰρ ὁ ΕΒΔΓ κύκλος πρὸς ὀρθάς ἐστι τῷ ἄξονι διὰ τὸ αʹ, ὁ δὲ ΓΒΑ ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ ἐπιφανείας ἔχει τὸν ἄξονα, δῆλον ὅτι ὁ ΕΒΔΓ κύκλος τέμνει τὸν ΒΑΓ, ὥστε, καθό ἐστιν ἡ τομή, κατὰ τὸ Γ ἀνατέλλει καὶ κατὰ τὸ ἕτερον τῆς τομῆς, τὸ Β, δύνει.

(ιθ) Διὰ τοῦ ιεʹ τοῦ αʹ τῶν σφαιρικῶν.

(κ) Ὅ ἐστιν ἐπὶ τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκήσεως, ὅταν ὁ πόλος τῆς σφαίρας μήτε ἐπὶ τοῦ ὁρίζοντος ᾖ μήτε κατὰ κορυφήν.

Sit enim punctum quoddam in superficie sphaerae δ, et sit circulus parallelus, per quem punctum δ fertur, $\beta\delta\gamma\varepsilon$; ergo in conversione sphaerae punctum δ, si ad γ pervenerit, oritur, sin vero ad β, occidit[1]). Et quia circulus $\alpha\beta\gamma$ circulum $\beta\delta\gamma\varepsilon$ per polos secat, secabit eum et bifariam et ad rectos angulos[2]); ergo semicirculi sunt $\beta\varepsilon\gamma$ $\beta\delta\gamma$; itaque punctum δ semper in iisdem punctis circuli $\alpha\beta\gamma$ et occidet et orietur et aequale tempus super horizontem ac sub horizonte feretur. Similiter demonstrabimus omnia reliqua in superficie sphaerae puncta *item* et occasura et oritura esse et aequale tempus super horizontem ac sub horizonte latum iri.

VI. Si in sphaera maximus circulus manens, obliquus ad axem, distinguet conspicuam sphaerae *partem* et occultam, tanget duos circulos aequales inter se et parallelos[3]), quorum alter, conspicuo polo propinquus, semper erit conspicuus, alter autem, occulto *polo* propinquus, semper occultus. Prop. 6

Lege, quae sunt annotata in 2. Theod. de Habitationibus: Etenim huius loci sunt.' Ad Auriae Schol. 1 conf. Graecum ιξ, et de circulo qui μένων dicitur Martin. l. c.



FIGURAM nostra coniectura delineavimus pro hac quae exstat in codicibus ABCE:

1) Conf. σχόλιον ιη.

2) Theodos. sphaer. 1, 15 (conf. σχόλ. ιθ).

PROPOS. 6: Pappus collect. 6 cap. 36 (p. 520), Martinus l. c.

3) Constat hoc manifeste per 10^m [*lege* 8^m] secundi sphaericorum Theodosii. MAUROLYCUS.

Ἐν γὰρ σφαίρᾳ μένων μέγιστος κύκλος ὁ ΑΒΓ λοξὸς ὢν πρὸς τὸν ἄξονα ὁριζέτω τό τε φανερὸν τῆς σφαίρας καὶ τὸ ἀφανές· λέγω ὅτι ὁ ΑΒΓ κύκλος ἐφάψεται δύο κύκλων ἴσων τε καὶ παραλλήλων ἀλλήλοις, καὶ τούτων ὁ μὲν πρὸς τῷ φανερῷ πόλῳ αἰεὶ ἔσται φανερός, ὁ δὲ πρὸς τῷ ἀφανεῖ αἰεὶ ἔσται ἀφανής.

Ἔστω γὰρ ὁ πόλος τῆς σφαίρας ὁ φανερὸς ὁ Δ, καὶ διὰ τοῦ Δ καὶ τῶν τοῦ ΑΒΓ κύκλου πόλων μέγιστος κύκλος γεγράφθω ὁ ΑΔΕ, καὶ κείσθω τῇ ΑΔ περιφερείᾳ ἴση ἡ ΓΕ, καὶ πόλῳ τῷ Δ διαστήματι δὲ τῷ ΑΔ κύκλος γεγράφθω ὁ ΑΖΗ, πόλῳ δὲ τῷ Ε διαστήματι δὲ τῷ ΕΓ κύκλος γεγράφθω ὁ ΓΘΚ· (κα) *φανερὸν δὴ ὅτι ὁ ΑΖΗ κύκλος τῷ ΓΘΚ κύκλῳ ἴσος τε καὶ παράλληλός ἐστιν καὶ ἔτι ὁ ΑΒΓ κύκλος τῶν* (κβ) *ΑΖΗ ΓΘΚ κύκλων ἐφάπτεται· λέγω δὴ ὅτι καὶ ὁ*

(κα) *Διὰ τοῦ β' καὶ γ' τοῦ β' τῶν σφαιρικῶν.*

(κβ) *Ἐπεὶ γὰρ ἴση ἐστὶν ἡ ΑΔ τῇ ΓΕ, κοινὴ προσκείσθω ἡ ΔΓ· ὅλη ἄρα ἡ ΑΔΓ ὅλῃ τῇ ΔΓΕ ἴση ἐστίν. ἡμικυκλίου δὲ ἡ ΑΔΓ· ἡμικυκλίου ἄρα καὶ ἡ ΔΓΕ· κατὰ διάμετρον ἄρα ἐστὶ τὸ Δ τῷ Ε. καὶ ἔστι τὸ Δ πόλος τοῦ ΑΗΖ· καὶ τὸ Ε ἄρα πόλος τοῦ αὐτοῦ· κατὰ διάμετρον γὰρ οἱ πόλοι, ὡς ἐκ πορίσματος ἐν τῷ α'. πάλιν ἐπεὶ τὸ Ε πόλος τοῦ ΓΘΚ, κατὰ διάμετρον δὲ τῷ Ε τὸ Δ, καὶ τὸ Δ ἄρα πόλος ἐστὶ τοῦ ΓΘΚ. οἱ δὲ περὶ τοὺς αὐτοὺς ὄντες πόλους παράλληλοι. ἴσοι δέ, ἐπειδὴ αἱ ἐκ τῶν πόλων αἱ ΔΑ ΓΕ ἴσαι εἰσί. καὶ ἐπεὶ δύο κύκλοι οἱ ΑΒΓ ΑΖΗ μεγίστου τινὸς κύκλου περιφέρειαν τὴν ΑΔΓΕ κατὰ τὸ αὐτὸ σημεῖον τέμνουσι, τοὺς πόλους ἔχοντες ἐπ' αὐτοῦ, ἐφάψονται ἀλλήλων οἱ κύκλοι.*

FIGURA, quam codices ABCE exhibent, similiter ac prior (p. 17 adnot.) quodammodo in planum explicata est. Comparet enim maior circulus *αλβγ*, in quem inscriptus est minor *αξη*, cuius centrum *δ* esse unus quidem codex E significat. Maioris autem circuli diametrus *αγ* ultra *γ* ad *ε* pertinet, et ductus est semicirculus *αηε* item ultra circulum *αλβγ*. Denique circa centrum *ε* descriptus est minor circulus *γϑκ*.

In sphaera enim manens circulus maximus $\alpha\beta\gamma$,



obliquus ad axem, distinguat conspicuam sphaerae *partem* et occultam; dico circulum $\alpha\beta\gamma$ tacturum esse duos circulos aequales inter se et parallelos, quorum alter, conspicuo polo propinquus, semper conspicuus erit, alter autem, occulto *polo* propinquus, semper erit occultus.

Sit enim conspicuus sphaerae polus δ, et per δ et circuli $\alpha\beta\gamma$ polos describatur maximus circulus $\alpha\delta\gamma\varepsilon$[1]), et arcus $\gamma\varepsilon$ ponatur ipsi $\alpha\delta$ aequalis[2]), et polo δ intervalloque $\alpha\delta$ describatur circulus $\alpha\zeta\eta$, polo autem ε intervalloque $\varepsilon\gamma$ describatur circulus $\gamma\vartheta\varkappa$; apparet igitur circulum $\alpha\zeta\eta$ circulo $\gamma\vartheta\varkappa$ aequalem et parallelum esse et circulum $\alpha\beta\gamma$ circulos $\alpha\zeta\eta$ $\gamma\vartheta\varkappa$

---

1) Qua ratione talis circulus describatur, docet Theodosius sphaer. 1, 20.

2) Scholio antiquo, quod est apud Auriam p. 29, primum supponitur rectas $\alpha\gamma$ $\delta\varepsilon$ se invicem secare, tum ex Eucl. elem. 1, 15 rectas $\alpha\delta$ $\gamma\varepsilon$, ideoque etiam propter elem. 3, 28 arcus $\alpha\delta$ $\gamma\varepsilon$ inter se aequales esse demonstratur. Attamen paulo aliter ipsius scriptoris sententia explicanda esse videtur. Quoniam enim maximorum circulorum $\alpha\beta\gamma$ $\alpha\delta\gamma$ circumferentiae ex constructione se secant in α, alterum sectionis punctum erit γ, et circulorum plana se secabunt in recta $\alpha\gamma$. Iam a δ ad dimidiam $\alpha\gamma$, id est ad centrum sphaerae (quod littera μ notemus), ducatur recta $\alpha\mu$ eaque producatur ad ε, et ponatur $\mu\varepsilon = \mu\delta$. Ergo punctum ε erit in superficie sphaerae. Iam facile demonstratur rectam $\varepsilon\gamma$ aequalem esse rectae $\delta\alpha$, itaque etiam arcum $\varepsilon\gamma$ arcui $\delta\alpha$.

μὲν ΑΖΗ κύκλος αἰεί ἐστι φανερός, ὁ δὲ ΓΘΚ αἰεί ἐστιν ἀφανής.

Εἰ γὰρ μή ἐστιν ὁ ΑΖΗ κύκλος αἰεὶ φανερὸς ἐν τῇ περιφορᾷ τῆς σφαίρας, ὁ ΑΖΗ κύκλος συμβαλεῖ τῷ ΑΒΓ ὁρίζοντι. συμβαλλέτω κατὰ τὸ Λ σημεῖον,
(κγ) *καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΑΔ ΔΛ ΑΓ. ἐπεὶ ἐν σφαίρᾳ μέγιστος κύκλος ὁ ΑΔΓ κύκλον τινὰ τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ τὸν ΑΒΓ διὰ τῶν πόλων τέμνει, δίχα τε αὐτὸν τεμεῖ καὶ πρὸς ὀρθάς· διάμετρος ἄρα ἐστὶν ἡ ΑΓ τοῦ ΑΒΓ κύκλου. καὶ ὁ ΑΔΓ κύκλος ὀρθός ἐστι πρὸς τὸν ΑΒΓ κύκλον· κύκλου δή τινος τοῦ ΑΒΓ ἐπὶ διαμέτρου τῆς ΑΓ τμῆμα κύκλου ὀρθὸν ἐφέστηκεν τὸ ΑΔΓ, καὶ ἡ τοῦ ἐφεστῶτος τμήματος περιφέρεια εἰς ἄνισα τέμνεται κατὰ τὸ*
(κδ) *Δ, καὶ ἔστιν ἐλάσσων ἡ ΑΔ (τοῦτο γὰρ φα-*
(κε) *νερόν)· ἡ ἄρα ΑΔ εὐθεῖα ἐλαχίστη ἐστὶ πασῶν τῶν ἀπὸ τοῦ Δ πρὸς τὸν ΑΒΓ κύκλον προσπιπτουσῶν εὐθειῶν· ὥστε ἐλάσσων*
(κϛ) *ἐστὶν ἡ ΑΔ εὐθεῖα τῆς ΔΛ εὐθείας. ἀλλὰ καὶ ἴση (πόλος γάρ ἐστιν τὸ Δ σημεῖον τοῦ ΑΖΗ κύκλου),*



(κγ) *Διὰ τοῦ ιε' τοῦ α' τῶν σφαιρικῶν.*

(κδ) *Ἐπειδὴ ὁ ΑΗΖ ἐφάπτεται τοῦ ΑΔΓ· διὸ οὐ μέγιστος· ὥστε ἡ ἐκ τοῦ πόλου αὐτοῦ ἡ ΔΑ ἐλάσσων τεταρτημορίου· διὸ ἡ διχοτομία τοῦ ΑΓ ἡμικυκλίου οὐκ ἔστι τὸ Δ.*

(κε) *Διὰ τοῦ α' τοῦ γ' τῶν σφαιρικῶν.*

(κϛ) *Διὰ τοῦ ε' ὅρου τοῦ α' τῶν σφαιρικῶν.*

tangere[1]); iam dico circulum $\alpha\zeta\eta$ semper conspicuum et $\gamma\vartheta\varkappa$ semper occultum esse.

Nam circulus $\alpha\zeta\eta$, si in conversione sphaerae non semper conspicuus erit, horizontem $\alpha\beta\gamma$ secabit. Secet in puncto λ, et iungantur rectae $\alpha\delta$ $\delta\lambda$ $\alpha\gamma$. Quoniam in sphaera maximus circulus $\alpha\delta\gamma$ alium in eadem sphaera circulum $\alpha\beta\gamma$ per polos secat, bifariam eum et ad rectos angulos secabit[2]); ergo $\alpha\gamma$ diametrus est circuli $\alpha\beta\gamma$. Et circulus $\alpha\delta\gamma$ perpendicularis est ad circulum $\alpha\beta\gamma$; circulo igitur $\alpha\beta\gamma$ in diametro $\alpha\gamma$ perpendiculare insistit segmentum $\alpha\delta\gamma$, et circumferentia eius segmenti inaequaliter secatur in δ, et minor est arcus $\alpha\delta$ (hoc enim manifestum[3]); ergo recta $\alpha\delta$ minima est omnium quae a δ ad circulum $\alpha\beta\gamma$ deducuntur[4]); itaque recta $\alpha\delta$ minor est quam $\delta\lambda$. Sed *eadem* etiam aequalis (nam punctum δ polus est circuli $\alpha\zeta\eta$), id quod absurdum est; ergo in con-

1) Scholio, quod Auria p. 29 sq. ex Graeco (vide σχόλ. κβ) convertit, primum demonstratur rectam $\delta\varepsilon$ diametrum sphaerae, ideoque puncta δ ε polos circuli $\gamma\vartheta\varkappa$, et propter Theodos. sphaer. 2, 2 (vide σχόλ. κα) circulos $\alpha\zeta\eta$ $\gamma\vartheta\varkappa$ inter se parallelos esse. Sed eosdem etiam aequales, quia rectae ex polis ductae $\delta\alpha$ $\varepsilon\gamma$ aequales sint (supra p. 19 adn. 2). Et quoniam duo circuli $\alpha\beta\gamma$ et $\alpha\zeta\eta$ maximi circuli $\alpha\delta\gamma\varepsilon$ circumferentiam in eodem secent puncto atque in eo ipso maximo circulo polos habeant, propter sphaer. 2, 3 (vide σχόλ. κα) circulos $\alpha\beta\gamma$ $\alpha\zeta\eta$ se mutuo in puncto α tangere (itemque circulos $\alpha\beta\gamma$ $\gamma\vartheta\varkappa$ in puncto γ).

2) Theodos. sphaer. 1, 15 (conf. σχόλιον κγ).

3) Quoniam vero circulus AFG [id est $\alpha\zeta\eta$] tangit circulum ABC [id est $\alpha\beta\gamma$] in puncto A, ideo maximus circulus non est: quare recta linea DA, ex ipsius polo ducta, minor est quarta circuli [circumferentiae] parte, et propterea semicirculi AC bipartita sectio non est D punctum. Quare semicirculi AC pars minor est AD circumferentia. SCHOLIUM ANTIQUUM apud Auriam p. 30, expressum e Graeco κδ.

4) Theodos. sphaer. 3, 1 (conf. σχόλιον κε).

ὅπερ ἄτοπον· ἐν ἄρα τῇ περιφορᾷ τῆς σφαίρας ὁ ΑΖΗ κύκλος οὐ δύσεται. ὁμοίως δὴ δείξομεν ὅτι οὐδὲ ὁ ΓΘΚ ἀνατελεῖ· ὁ μὲν ΑΖΗ ἄρα κύκλος αἰεί ἐστιν φανερός, ὁ δὲ ΓΘΚ αἰεί ἐστιν ἀφανής.

ζʹ. Ἐὰν ὁ ὁρίζων ἐν τῇ σφαίρᾳ κύκλος τό τε φανερὸν τῆς σφαίρας καὶ τὸ ἀφανὲς λοξὸς ᾖ πρὸς τὸν ἄξονα, οἱ τῷ ἄξονι πρὸς ὀρθὰς ὄντες κύκλοι καὶ τέμ- (κζ) *νοντες τὸν ὁρίζοντα κατὰ τὰ αὐτὰ σημεῖα αἰεὶ τοῦ ὁρίζοντος τάς τε ἀνατολὰς καὶ τὰς δύσεις ποιοῦνται, ἔτι δὲ καὶ ὁμοίως ἔσονται κεκλιμένοι πρὸς τὸν ὁρίζοντα.*



Ἔστω ἐν σφαίρᾳ κύκλος ὁρίζων τό τε φανερὸν τῆς σφαίρας καὶ τὸ ἀφανὲς ὁ ΑΒΔΓ λοξὸς ὢν πρὸς τὸν ἄξονα, οἱ δὲ τῷ ἄξονι πρὸς ὀρθὰς ὄντες κύκλοι ἔστωσαν οἱ ΑΒ ΓΔ· λέγω ὅτι οἱ ΑΒ ΓΔ κύκλοι κατὰ τὰ αὐτὰ σημεῖα αἰεὶ τοῦ ὁρίζοντος τάς τε ἀνατολὰς καὶ τὰς δύσεις ποιοῦνται [καὶ διὰ μὲν τῶν Δ Β σημείων τὰς ἀνατολὰς ποιοῦνται, διὰ δὲ τῶν Α Γ τὰς δύσεις].

(κη) *Μὴ γάρ, ἀλλ' εἰ δυνατόν, ποιείσθω ὁ ΑΒ κύκλος δι' ἄλλου τινὸς σημείου τὴν ἀνατολὴν τοῦ Ε, διὰ δὲ τοῦ Α τὴν δύσιν, καὶ ἔστω ὁ πόλος τῶν παραλλήλων κύκλων τὸ Ζ σημεῖον, καὶ διὰ τοῦ Ζ καὶ τῶν τοῦ ΑΒΔΓ κύκλου πόλων μέγιστος κύκλος γεγράφθω ὁ*

(κζ) *Τουτέστι καθ' ἃ ποιοῦσι σημεῖα οἱ παράλληλοι πρὸς τὸν ὁρίζοντα.*

(κη) *Εἰ γὰρ ὁ ΑΒ κύκλος δι' ἄλλου σημείου τὴν ἀνατολὴν ποιήσει τοῦ Ε, καὶ δι' ἄλλου παρὰ τὸ Α τὴν δύσιν, ἔσεται κεκλιμένος πρὸς τὸν ἄξονα τῆς σφαίρας, ὅπερ οὐχ ὑπόκειται.*

versione sphaerae circulus $\alpha\zeta\eta$ non occidet. Similiter demonstrabimus circulum $\gamma\vartheta\varkappa$ non oriturum esse; ergo circulus $\alpha\zeta\eta$ semper conspicuus, circulus autem $\gamma\vartheta\varkappa$ semper occultus est.

VII. Si *horizon, id est* circulus qui in sphaera conspicuam sphaerae *partem* et occultam distinguit, obliquus ad axem sit, circuli qui ad axem perpendiculares sunt et horizontem secant semper in iisdem horizontis punctis et oriuntur et occidunt iidemque similiter inclinati erunt ad horizontem. Prop. 7

Sit in sphaera circulus conspicuam sphaerae *partem* et occultam distinguens $\alpha\beta\delta\gamma$ obliquus ad axem, circuli autem ad axem perpendiculares sint $\alpha\beta$ $\gamma\delta$; dico circulos $\alpha\beta$ $\gamma\delta$ semper in iisdem horizontis punctis et oriri et occidere [et oriri eos quidem in punctis β δ, occidere autem in α γ].

Etiamsi non *est*, tamen, si fieri possit, circulus $\alpha\beta$ in alio puncto, *velut* ε, oriatur et in puncto α occidat, et polus circulorum parallelorum sit punctum ζ, et per ζ et polos circuli $\alpha\beta\delta\gamma$ maximus circulus de-

---

PROPOS. 7: Pappus collect. 6 cap. 38 (p. 520—523). Et conf. Eucl. phaen. propos. 3 p. 566, Heiberg. Stud. Eucl. p. 42, denique appendicem ad h. l.

FIGURAM quae supra delineata est et illam alteram quae p. 25 extr. sequitur secundum scriptoris verba nostra coniectura adumbravimus. In codicibus AC et Parisino 2472 ad hanc propositionem primum ea figura adscripta est quae in nostra editione infra sequetur tertio loco (p. 27), tum illa quam ad Graecum scholium $\lambda\xi$ (p. 28) exhibebimus. In BE prior tantum ex his quas diximus reperitur. Auria p. 18 et 32 praebet figuram ex duabus quae sunt in AC Paris. 2472 concinnatam; ad quam quae litterae adscriptae sunt, eas suo ingenio elegit interpres (conf. append. ad VII propos.).

(κθ) *ΗΖΘ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΗΘ ΗΖ ΖΕ ΖΒ. ἐπεὶ ἐν σφαίρᾳ μέγιστος κύκλος ὁ ΗΖΘ κύκλον τινα τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ τὸν ΑΒΔΓ διὰ τῶν πόλων τέμνει, δίχα τε αὐτὸν τεμεῖ καὶ πρὸς ὀρθάς· διάμετρος ἄρα ἐστὶν ἡ ΗΘ τοῦ ΑΒΔΓ κύκλου. καὶ ὁ ΗΖΘ κύκλος ὀρθός ἐστι πρὸς τὸν ΑΒΔΓ κύκλον· κύκλου δή τινος τοῦ ΑΒΔΓ ἐπὶ διαμέτρου τῆς ΗΘ τμῆμα κύκλου ὀρθὸν ἐφέστηκεν τὸ ΗΖΘ, καὶ ἡ τοῦ ἐφεστῶτος τμήματος τοῦ ΗΖΘ περιφέρεια εἰς ἄνισα τέτμηται κατὰ τὸ Ζ σημεῖον,* (λ) *καὶ ἔστιν ἐλάσσων ἡ ΖΗ περιφέρεια [ἢ ἡμίσεια]· ἡ ΖΗ* (λα) *ἄρα εὐθεῖα ἐλαχίστη ἐστὶν πασῶν τῶν ἀπὸ τοῦ Ζ σημείου πρὸς τὸν ΑΒΔΓ κύκλον προσπιπτουσῶν εὐθειῶν· καὶ ἡ ἔγγιον ἄρα τῆς ΖΗ ἐλάσσων ἐστίν· ἐλάσσων ἄρα* (λβ) *ἐστὶν ἡ ΖΕ τῆς ΖΒ. ἀλλὰ καὶ ἴση, ὅπερ ἐστὶν ἄτοπον· οὐκ ἄρα ὁ ΑΒ κύκλος δι' ἄλλου τινὸς σημείου ἢ διὰ τοῦ Β τὴν ἀνατολὴν ποιήσεται, διὰ δὲ τοῦ Α τὴν δύσιν. ὁμοίως δὴ δείξομεν ὅτι καὶ ὁ ΓΔ κύκλος διὰ μὲν τοῦ Δ τὴν ἀνατολὴν ποιήσεται, διὰ δὲ τοῦ Γ τὴν δύσιν· ὥστε οἱ ΑΒ ΓΔ κύκλοι αἰεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ σημεῖα τοῦ ὁρίζοντος τάς τε ἀνατολὰς καὶ τὰς δύσεις ποιοῦνται.*

(κθ) *Διὰ τοῦ ιε' τοῦ α' τῶν σφαιρικῶν.*
(λ) *Ἐὰν πόλῳ τῷ Ζ διαστήματι δὲ τῷ Η κύκλος γραφῇ· ἐφάψεται γάρ. καὶ ὁμοίως τῷ ἄνω δειχθήσεται.*
(λα) *Διὰ τοῦ α' τοῦ γ' τῶν σφαιρικῶν.*
(λβ) *Ὡς ἐν τῷ πρὸ τούτου ἐδείχθη.*

---

1) Theodos. sphaer. 1, 15 (conf. *σχόλιον κθ*).

2) Quia ex hypothesi circulus *αβδγ* obliquus est ad axem, et ex constructione *η* punctum sectionis circuli *αβδγ* cum circulo *ηζθ* propius est polo *ζ* quam contrarium sectionis punctum *θ*, punctum igitur *η* in circumferentia *ζηθ* positum est inter polum *ζ* et circulum aequinoctialem, cuius polus est *ζ*; ergo arcus *ζη* minor est quadrante circuli, id est minor dimidio semicirculo, id est minor arcu *ζθ*.

scribatur $\eta\zeta\vartheta$, et iungantur rectae $\eta\vartheta$ $\eta\zeta$ $\zeta\varepsilon$ $\zeta\beta$. Quoniam in sphaera maximus circulus $\eta\zeta\vartheta$ alium in eadem



sphaera circulum $\alpha\beta\delta\gamma$ per polos secat, bifariam et ad rectos angulos secabit[1]); ergo $\eta\vartheta$ diametrus est circuli $\alpha\beta\delta\gamma$. Et circulus $\eta\zeta\vartheta$ perpendicularis est ad circulum $\alpha\beta\delta\gamma$; itaque in circuli $\alpha\beta\delta\gamma$ diametro $\eta\vartheta$ perpendiculare insistit segmentum $\eta\zeta\vartheta$, et eius segmenti circumferentia inaequaliter secta est in puncto ζ, et minor arcus est $\zeta\eta$[2]); ergo recta $\zeta\eta$ minima omnium est quae a puncto ζ ad $\alpha\beta\delta\gamma$ circulum deducuntur[3]); itaque etiam minor est quae propior rectae $\zeta\eta$; ergo $\zeta\varepsilon$ minor est quam $\zeta\beta$. Sed eadem etiam aequalis[4]),



id quod absurdum est; ergo circulus $\alpha\beta$ in nullo alio puncto nisi β orietur, neque in ullo nisi α occidet[5]). Similiter demonstrabimus circulum quoque $\gamma\delta$ in puncto δ oriturum esse et in γ occasurum; ergo circuli $\alpha\beta$ $\gamma\delta$ semper in iisdem horizontis punctis et oriuntur et occidunt.

---

3) Theodos. sphaer. 3, 1 (conf. σχόλιον λα).

4) Quia ex hypothesi punctum ε positum est in circumferentia circuli $\alpha\beta$, cuius polus est ζ. Conf. Theodos. sphaer. 1 def. 5 et supra propos. 6 extremam (p. 21).

5) Omissa est demonstratio similis superiori, qua supponebatur circulum $\alpha\beta$ in puncto quidem β oriri, sed in alio puncto praeter α occidere et cet.

(λγ) *Λέγω δὴ ὅτι καὶ ὁμοίως εἰσὶ κεκλιμένοι πρὸς τὸν ΑΒΔΓ ὁρίζοντα.*

(λδ) *Ἐπεζεύχθωσαν γὰρ αἱ ΑΒ ΓΔ ΚΜ ΛΝ. ἐπεὶ ὁ ΗΖΘ κύκλος τοὺς ΑΒ ΓΔ ΑΓΔΒ κύκλους διὰ τῶν πόλων τέμνει, καὶ πρὸς ὀρθὰς αὐτοὺς τεμεῖ· ὁ ΗΖΘ ἄρα κύκλος ὀρθός ἐστι πρὸς ἕκαστον τῶν ΑΒ ΓΔ ΑΒΔΓ κύκλων· ὥστε καὶ ἑκάτερος τῶν ΑΒ ΑΒΔΓ*
(λε) *κύκλων ὀρθός ἐστιν πρὸς τὸν ΗΖΘ· καὶ ἡ κοινὴ ἄρα τομὴ ἡ τῶν ΑΒ ΓΔΒΑ ἡ ΑΒ ὀρθή ἐστιν πρὸς τὸν ΗΖΘ κύκλον· καὶ πρὸς πάσας ἄρα τὰς ἁπτομένας αὐτῆς ἐν τῷ ΗΖΚΘ ἐπιπέδῳ ὀρθή ἐστιν ἡ ΑΒ. ἅπτεται δὲ τῆς ΑΒ ἑκατέρα τῶν ΗΘ ΚΜ οὖσα ἐν τῷ τοῦ ΗΖΘ κύκλου ἐπιπέδῳ· ἡ ΑΒ ἄρα*
(λς) *πρὸς ἑκατέραν τῶν ΗΘ ΚΜ ὀρθή ἐστιν· ὥστε*

(λγ) *Ἀλλ' ἡ μὲν δεῖξις αὕτη καλῶς ἔχουσα ἐπὶ τοῦδε τοῦ θεωρήματος, φυλαττομένου τοῦ τῆς προτάσεως προδιορισμοῦ τοῦ εἶναι λοξὸν τὸν ὁρίζοντα πρὸς τὸν ἄξονα. ὁμοίως δὲ δειχθήσεται, καὶ εἰ μὴ λοξὸς ᾖ ὁ ὁρίζων πρὸς τὸν ἄξονα, ἀλλὰ δι' αὐτοῦ τοῦ ἄξονος, ὅπερ ἐστὶν ἐπὶ τῆς ὀρθῆς σφαίρας, ἐὰν ἐπὶ τοῦ ὁρίζοντος λάβωμεν τὸν πόλον τῶν παραλλήλων κύκλων τὸ Η τυχὸν σημεῖον, καὶ διὰ τοῦ τοιούτου σημείου, καθὰ καὶ πρότερον, μέγιστον κύκλον γράψωμεν, καὶ τὰ αὐτὰ τοῖς πρότερον κατασκευάσαντες δείξωμεν ἴσην τὴν ἀπὸ τοῦ Η ἐπὶ τὸ Β τῇ ἀπὸ τοῦ Η ἐπὶ τὸ Ε, καὶ τὸ ἄτοπον παραστήσωμεν. τοῦτο δὲ προδέδεικται τοῖς ἐφιστῶσι καὶ ἐν τῷ ς' θεωρήματι τοῦ παρόντος βιβλίου.*

(λδ) *Διὰ τοῦ ιε' τοῦ α' τῶν σφαιρικῶν.*

(λε) *Διὰ τοῦ ιθ' τοῦ ια' Εὐκλείδου.*

(λς) *Διὰ τὸν ὅρον· ἐπιπέδου γὰρ πρὸς ἐπίπεδον κλίσις ἐστὶν ἡ περιεχομένη ὀξεῖα γωνία ὑπὸ τῶν πρὸς ὀρθὰς τῇ κοινῇ τομῇ ἀγομένων πρὸς τῷ αὐτῷ σημείῳ ἐν ἑκατέρῳ τῶν ἐπιπέδων. καὶ ἔστιν ἡ μὲν ΚΜ ἐν τῷ αὐτῷ τοῦ ΑΒ κύκλου ἐπιπέδῳ πρὸς ὀρθὰς τῇ κοινῇ τομῇ τῇ ΑΒ, ἡ δὲ ΘΜ ἐν τῷ τοῦ ΑΓΔΒ ἐπιπέδῳ πρὸς ὀρθὰς τῇ κοινῇ τομῇ τῇ ΑΒ, καὶ ποιοῦσιν ὀξεῖαν γωνίαν τὴν ὑπὸ ΚΜΘ.*

FIGURA in hanc propositionem tertia delineata est ad similitudinem eius quam codices exhibent (conf. adnot. ad figu-

Iam dico *circulos* $\alpha\beta$ $\gamma\delta$ etiam similiter inclinatos esse ad horizontem $\alpha\beta\delta\gamma$[1]).

Iungantur enim $\alpha\beta$ $\gamma\delta$ $\varkappa\mu$ $\lambda\nu$. Quia circulus $\eta\zeta\vartheta$ circulos $\alpha\beta$ $\gamma\delta$ $\alpha\gamma\delta\beta$ per polos secat, eosdem ad rectos angulos secabit[2]); circulus igitur $\eta\zeta\vartheta$ perpendicularis est ad unumquemque circulorum $\alpha\beta$ $\gamma\delta$ $\alpha\beta\delta\gamma$; itaque etiam uterque circulorum $\alpha\beta$ $\alpha\beta\delta\gamma$ ad circulum $\eta\zeta\vartheta$ perpendicularis est[3]); ergo etiam recta $\alpha\beta$, *id est* communis sectio circulorum $\alpha\beta$ $\gamma\delta\beta\alpha$, perpendicularis est ad circulum $\eta\zeta\vartheta$[4]); ergo eadem $\alpha\beta$ ad omnes rectas, quae in plano $\eta\zeta\varkappa\vartheta$ ipsam tangunt, perpendicularis est[5]). Tangit autem rectam $\alpha\beta$ utraque rectarum $\eta\vartheta$ $\varkappa\mu$, quae sunt in plano circuli $\eta\zeta\vartheta$; ergo $\alpha\beta$ ad utramque $\eta\vartheta$ $\varkappa\mu$ perpendicularis est; itaque angu-



ram p. 23); nam si aliam forte rationem, similem prioribus nostris figuris, iniissemus, perspicuitatem et evidentiam singularum linearum vix servavissemus.

1) Conf. σχόλιον λγ et appendicem ad VII. propositionem.

2) Theodos. sphaer. 1, 15 (conf. σχόλιον λδ).

3) Postquam scriptor ostendit circulum $\eta\zeta\vartheta$ ad circulos $\alpha\beta$ $\gamma\delta$ $\alpha\beta\delta\gamma$ perpendicularem esse, nostratibus quidem viris doctis supervacaneum esse videatur hoc praeterea subiungere, vice versa unumquemque circulorum $\alpha\beta$ $\gamma\delta$ $\alpha\beta\delta\gamma$ ad $\eta\zeta\vartheta$ perpendicularem esse. Sed ista in demonstrando verbositas propria fuit vetustissimae dictionis mathematicae, id quod, ut alia taceam, docet similis locus qui infra in demonstratione duodecimi theorematis sequetur. Verum in Graecis delendae erant notae ΓΔ (v. p. 26 adnot. ad v. 7); nam de duobus tantum circulis $\alpha\beta$ $\alpha\beta\delta\gamma$ agi et tenor conclusionis et ipsa forma ἑκάτερος (diversa ab illa quae antecedit ἕκαστος) demonstrabat.

4) Eucl. elem, 11, 19 (conf. σχόλιον λε).

5) Ibid. def. 3.

(λζ) ἡ ὑπὸ τῶν *ΚΜΘ* γωνία ἡ κλίσις ἐστὶν ἐν ᾗ κέκλιται (λη) ὁ *ΑΒ* κύκλος πρὸς τὸν *ΑΒΔΓ* κύκλον. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἡ ὑπὸ τῶν *ΛΝΘ* γωνία ἐστὶν ἡ κλίσις ἐν ᾗ κέκλιται ὁ *ΓΔ* κύκλος πρὸς τὸν *ΑΒΔΓ*. καὶ ἐπεὶ δύο ἐπίπεδα παράλληλα τὰ *ΑΒ ΓΔ* ὑπό τινος ἐπι- (λθ) πέδου τοῦ *ΖΘ* τέμνεται, αἱ κοιναὶ ἄρα αὐτῶν τομαὶ αἱ *ΚΜ ΛΝ* εὐθεῖαι παράλληλοί εἰσιν· ὥστε ἴση ἐστὶν ἡ ὑπὸ τῶν *ΚΜΝ* γωνία τῇ ὑπὸ τῶν *ΛΝΘ* γωνίᾳ. καὶ ἔστιν ἡ μὲν ὑπὸ τῶν *ΚΜΘ* γωνία ἡ κλίσις ἣν κέκλιται ὁ *ΑΒ* κύκλος πρὸς τὸν *ΑΒΔΓ* κύκλον, ἡ δὲ ὑπὸ τῶν *ΛΝΘ* γωνία ἡ κλίσις ἣν κέκλιται ὁ *ΓΔ* κύκλος πρὸς τὸν *ΑΒΔΓ* κύκλον· οἱ *ΑΒ ΓΔ* ἄρα κύκλοι ὁμοίως εἰσὶ κεκλιμένοι πρὸς τὸν *ΑΒΔΓ* κύκλον.

η'. Οἱ τῶν αὐτῶν ἐφαπτόμενοι μέγιστοι κύκλοι, ὧν καὶ ὁ ὁρίζων ἅπτεται, στρεφομένης τῆς σφαίρας ἐφαρμόσουσιν ἐπὶ τὸν ὁρίζοντα.

(λζ) Ὅτι δὲ ὀξεῖά ἐστιν ἡ ὑπὸ *ΚΜΝ* γωνία, δῆλον οὕτως· ἐὰν γράψωμεν τὸν μέγιστον τῶν παραλλήλων τὸν *ΞΡΟ*, ὡς ὑπόκειται, τεταρτημορίου ἔσται ὁ *ΖΡ*· ἐκ πόλου γὰρ τοῦ *ΞΡΟ*· μείζων ἄρα τεταρτημορίου ἡ *ΗΡ*. καὶ ἔστιν ἡμικυκλίου ἡ *ΗΘ*· ἐλάσσων ἄρα τεταρτημορίου ἡ *ΡΘ*· μείζων ἄρα ἡ *ΗΡ* τῆς *ΘΡ*. καὶ βέβηκεν ἐπὶ μὲν τῆς *ΗΡ* περιφερείας ἡ ὑπὸ *ΗΣΡ*, ἐπὶ δὲ τῆς *ΡΘ* περιφερείας ἡ ὑπὸ *ΡΣΘ*, καὶ ἔστι κέντρον τὸ *Σ* πάντων τῶν μεγίστων κύκλων· μείζων ἄρα ἡ ὑπὸ *ΡΣΗ* γωνία τῆς ὑπὸ *ΡΣΘ*. καὶ εἰσὶ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι· ὀξεῖα ἄρα ἡ ὑπὸ *ΡΣΘ*· ὥστε καὶ αἱ *Μ Ν* διὰ τοὺς παραλλήλους· ἴσαι γὰρ αἱ τρεῖς.



(λη) Ὅτε μὲν γὰρ διὰ τοῦ *Β* ἀνατέλλει, ἡ *ΒΖ* ἐκ πόλου ἐστίν, ὅτε δὲ διὰ τοῦ *Ε*, ἡ *ΖΕ* ἐκ πόλου· ὑπόκειται γὰρ μη ἀεὶ διὰ τοῦ *Β*, ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦ *Ε* ἀνατέλλειν.

(λθ) Διὰ τοῦ ιϛ' τοῦ ια' Εὐκλείδου.

lus *κμϑ* inclinatio est, qua circulus *αβ* ad circulum *αβδγ* inclinatus est[1]). Iam eadem ratione *demonstratur* angulum *λνϑ* inclinationem esse, qua circulus *γδ* ad circulum *αβδγ* inclinatus est. Et quia duo plana parallela *αβ γδ* plano aliquo *ζϑ* secantur, communes igitur eorum sectiones, *id est* rectae *κμ λν*, parallelae sunt[2]); itaque angulus *κμν* angulo *λνϑ* aequalis est. Atqui angulus *κμϑ* est inclinatio, qua circulus *αβ* ad circulum *αβδγ* inclinatus est, et angulus *λνϑ* inclinatio, qua circulus *γδ* ad eundem *αβδγ* inclinatus est; ergo circuli *αβ γδ* similiter inclinati sunt ad circulum *αβδγ*.



VIII. Circuli maximi, qui eosdem quos horizon *circulos* tangunt, in conversione sphaerae cum horizonte congruent. Prop. 8

---

1) Eucl. elem. 11 def. 6. Conf. *σχόλια λς* ac *λζ* et appendicem ad VII propositionem.

2) Ibid. 11, 16 (conf. *σχόλιον λϑ*).

PROPOS. 8: Pappus collect. 6 cap. 39 (p. 522). Maurolycus fol. 61 v Graeca verba sic dilatavit: 'Si circulus maior in sphaera fixus apparens ab occulto dirimat inclinatus ad axem: quicunque circulus maior contingit duos circulos parallelos aequales semperque apparentem semperque occultum, quos horizon contingit: evoluta sphaera, congruit horizonti.' Quae sic explicat idem: 'Nam, dum versatur sphaera, puncta contactuum feruntur semper in periferiis dictorum parallelorum: et perinde contactus dicti circuli maioris couniuntur contactibus horizontis: et circulus ipse counitur horizonti.'

Ἔστω ἐν σφαίρᾳ ὁρίζων ὁ ΑΒΓ, μέγιστος δὲ τῶν μὲν αἰεὶ ἀφανῶν ἔστω ὁ ΛΕ, τῶν δὲ αἰεὶ φανερῶν ἔστω ὁ ΑΔ, ὧν ἐφάπτεται ὁ ΑΒΓ ὁρίζων, καὶ γεγράφθω τις μέγιστος κύκλος ἐφαπτόμενος τῶν ΑΔ ΛΕ ὁ ΔΒΕΓ· λέγω ὅτι στρεφομένης τῆς σφαίρας ὁ ΔΒΕΓ κύκλος ἐφαρμόσει ἐπὶ τὸν ΑΒΓ ὁρίζοντα.

Γεγράφθω γάρ τις τῷ ΑΔ παράλληλος κύκλος ὁ (μ) *ΗΖΘ· ἀσύμπτωτον δή ἐστιν τὸ ἀπὸ τοῦ Δ ἡμικύκλιον ὡς ἐπὶ τὰ Γ Ζ Ε μέρη τῷ ἀπὸ τοῦ Α ἡμικυκλίῳ ὡς ἐπὶ τὰ Η Β Λ μέρη. ἐπεὶ οὖν παράλληλοί εἰσιν κύκλοι οἱ ΑΔ ΖΗΘ, καὶ γεγραμμένοι εἰσὶν κύκλοι μέγιστοι οἱ ΑΒΓ ΔΒΕΓ ἑνὸς μὲν αὐτῶν ἐφαπτόμενοι τοῦ ΑΔ, τὸν δὲ ΗΖΘ τέμνοντες, καὶ εἰσὶν μεταξὺ τῶν ἀσυμπτώτων ἡμικυκλίων αἱ ΔΚΑ ΖΗ ΛΕ περι-* (μα) *φέρειαι, ὁμοία ἄρα ἐστὶν ἡ ΔΚΑ περιφέρεια τῇ ΖΗ* (μβ) *καὶ τῇ ΛΕ περιφερείᾳ· ἐν ἴσῳ ἄρα χρόνῳ τὸ Δ τὴν ΔΚΑ περιφέρειαν διελθὸν ἐπὶ τὸ Α παραγίγνεται καὶ τὸ Ζ τὴν ΖΗ διελθὸν ἐπὶ τὸ Η παραγίγνεται καὶ ἔτι τὸ Ε τὴν ΛΕ περιφέρειαν διελθὸν ἐπὶ τὸ Λ παραγίγνεται· ὥστε ἐν τῇ περιφορᾷ τῆς σφαίρας, ὅταν το Δ ἐπὶ τὸ Α παραγένηται, τότε καὶ τὸ Ζ ἐπὶ τὸ Η παρέσται καὶ τὸ Ε ἐπὶ τὸ Λ, καὶ ἐφαρμόσει ἡ ΔΖΕ*

(μ) *Δυνατὸν γὰρ καὶ ἑτέρους παραλλήλους τῷ ΑΔ γράψαι, ὥστε κατὰ πλείονα σημεῖα συμβάλλειν τοὺς κύκλους.*

(μα) *Ἀπὸ τοῦ ιγ΄ τοῦ β΄ τῶν σφαιρικῶν.*

(μβ) *Ἀπὸ τοῦ β΄ τοῦ αὐτοῦ.*

FIGURA codicum ABCE, similiter atque illae quae ad propos. 5 et 6 pertinent, in planum redacta quinque circulos *ηθ ακδ αηβλγ .δβεγξ* (sic) *λε* partim tangentes inter se, partim secantes, exhibet.

Sit in sphaera horizon $\alpha\beta\gamma$ *obliquus ad axem*, maximus autem circulorum *parallelorum* semper latentium sit $\lambda\varepsilon$, et *maximus* eorum qui semper apparent sit $\alpha\delta$, quos quidem horizon $\alpha\beta\gamma$ tangit, et describatur maximus aliquis circulus $\delta\beta\varepsilon\gamma$, qui circulos $\alpha\delta$ $\lambda\varepsilon$ tangat; dico fore ut in conversione sphaerae circulus $\delta\beta\varepsilon\gamma$ cum horizonte $\alpha\beta\gamma$ congruat.



Describatur enim circulus aliquis $\eta\zeta\vartheta$ parallelus circulo $\alpha\delta$; ergo semicirculus a puncto δ ad partes γ ζ ε *pertinens* non concurrit cum semicirculo qui ab α ad partes η β λ *pertinet.* Iam quia circuli $\alpha\delta$ $\zeta\eta\vartheta$ paralleli sunt, et descripti sunt maximi circuli $\alpha\beta\gamma$ $\delta\beta\varepsilon\gamma$, unum quidem $\alpha\delta$ tangentes, alterum autem $\eta\zeta\vartheta$ secantes, et inter semicirculos non concurrentes sunt arcus $\delta\varkappa\alpha$ $\zeta\eta$ $\lambda\varepsilon$, similis igitur est arcus $\delta\varkappa\alpha$ arcui $\zeta\eta$ et arcui $\lambda\varepsilon$[1]); aequali igitur tempore punctum δ, cum arcum $\delta\varkappa\alpha$ percucurrit, ad α pervenit ac ζ, cum arcum $\zeta\eta$ percucurrit, ad η pervenit ac denique ε, cum arcum $\varepsilon\lambda$ percucurrit, ad λ pervenit[2]). Itaque in conversione sphaerae, cum δ ad α pervenerit, tum etiam ζ ad η et ε ad λ accesserit, et arcus $\delta\zeta\varepsilon$ con-

---

1) Theodos. sphaer. 2, 13 (conf. σχόλιον μα).
2) Autol. propos. 2 huius (conf. σχόλιον μβ).

περιφέρεια ἐπὶ τὴν *ΑΗΛ*· ὥστε καὶ ὅλος ὁ *ΔΒΕΓ* κύκλος ἐφ' ὅλον τὸν *ΑΒΓ* κύκλον ἐφαρμόσει· εἰ γὰρ οὐκ ἐφαρμόσει, δύο κύκλοι τεμοῦσιν ἀλλήλους κατὰ (μγ) πλείονα σημεῖα, ὅπερ ἐστὶν ἄτοπον· στρεφομένης ἄρα τῆς σφαίρας ἐφαρμόσει ὁ *ΔΒΕ* κύκλος ἐπὶ τὸν *ΑΒΓ* κύκλον.

θ'. Ἐὰν ἐν σφαίρᾳ μέγιστος κύκλος λοξὸς ὢν πρὸς τὸν ἄξονα ὁρίζῃ τό τε φανερὸν τῆς σφαίρας καὶ τὸ ἀφανές, τῶν ἅμα ἀνατελλόντων σημείων τὰ πρὸς τῷ φανερῷ πόλῳ ὕστερον δύνει, τῶν δὲ ἅμα δυνόντων τὰ πρὸς τῷ φανερῷ πόλῳ πρότερον ἀνατέλλει.



Ἐν γὰρ σφαίρᾳ μέγιστος κύκλος ὁ *ΑΒΓ* λοξὸς ὢν πρὸς τὸν ἄξονα ὁριζέτω τό τε φανερὸν τῆς σφαίρας καὶ τὸ ἀφανές, καὶ εἰλήφθω δύο σημεῖα τὰ *Γ Ε* ὁμόσε ἀνατέλλοντα, καὶ ἔστω ἔγγιον τοῦ φανεροῦ πόλου τὸ *Γ* ἤπερ τὸ *Ε*· λέγω ὅτι τὰ *Γ Ε* σημεῖα οὐχ ὁμόσε δύσεται, ἀλλ' ὕστερον δύσεται τὸ *Γ* τοῦ *Ε*.

Ἔστωσαν γὰρ παράλληλοι κύκλοι καθ' ὧν φέρεται τὰ *Γ Ε* σημεῖα οἱ *ΓΖΘ ΕΗΚ*. ἐπεὶ ὁ *ΑΒΓ* ὁρίζων λοξός ἐστιν πρὸς τὸν ἄξονα, καὶ πρὸς τοὺς παραλλήλους

(μγ) Ἐν τῷ ι' τῶν κυκλικῶν.

FIGURA codicum ABCE, in planum redacta, exhibet circulos θζλγ ηεκ circa centrum α descriptos et circulum αηβε (sic) hos quos dixi secantem. Littera δ abest.

gruet cum arcu $\alpha\eta\lambda$; itaque etiam totus circulus $\delta\beta\varepsilon\gamma$ cum toto $\alpha\beta\gamma$ congruet; nam si non congruet, duo se invicem circuli secabunt in pluribus quam duobus punctis, id quod absurdum est[1]); ergo in conversione sphaerae circulus $\delta\beta\varepsilon$ cum circulo $\alpha\beta\gamma$ congruet.

IX. Si in sphaera maximus circulus, obliquus ad axem, distinguat conspicuam sphaerae *partem* et occultam, punctorum simul orientium ea quae sunt propiora conspicuo polo posterius occidunt, punctorum autem simul occidentium ea quae sunt propiora conspicuo polo prius oriuntur. Prop. 9

In sphaera enim maximus circulus $\alpha\beta\gamma$, obliquus ad axem, distinguat conspicuam sphaerae *partem* et occultam, et sumantur duo puncta γ ε simul orientia, et sit γ propius conspicuo polo quam ε; dico puncta γ ε non simul occasura esse, sed posterius occasurum γ quam ε.

Sint enim circuli paralleli, per quos puncta γ ε feruntur, $\gamma\zeta\vartheta$ $\varepsilon\eta\varkappa$. Quoniam horizon $\alpha\beta\gamma$ obliquus

---

1) Sive Autolycus ipse sive alius quispiam hanc demonstrationem apagogicam addidit, verborum sententia haec esse videtur: 'Si duorum circulorum circumferentiae duo puncta communia habent, circuli aut se secant aut congruunt; at si tria puncta communia habent, iam fieri non potest, ut se secent (nam sic se secarent in pluribus quam duobus punctis, quod absurdum est propter Eucl. elem. 3, 10); ergo unum relinquitur, ut congruant.' Euclidis elementorum libri tertii ($\tau\tilde{\omega}\nu$ $\varkappa\upsilon\varkappa\lambda\iota\varkappa\tilde{\omega}\nu$) propositio decima citatur scholio Graeco $\mu\gamma$.

PROPOS. 9: Pappus collect. 6 cap. 40 (p. 522). Ad eandem Maurolycus fol. 61^{v} adnotat: 'Nam punctum polo manifesto vicinius habet, per 24^{m} [*lege* 20^{m}] secundi Theodosii, maiorem arcum super horizontem: et perinde si simul oritur, cum puncto remotiori a dicto polo: posterius occidet. Et si simul occidat, iam prius exortum est per 2^{m} huius.'

(μδ) λοξός ἐστιν· ἡ ΓΖ ἄρα περιφέρεια τῆς ΕΗ περιφερείας μείζων ἐστὶν ἢ ὁμοία. ἔστω τῇ ΕΗ ὁμοία ἡ (με) ΓΛ· ἐν ἴσῳ ἄρα χρόνῳ τὸ Γ ἐπὶ τὸ Λ παραγίγνεται καὶ τὸ Ε ἐπὶ τὸ Η. ἀλλ' ὅταν μὲν τὸ Ε ἐπὶ τὸ Η παραγένηται, δύνει τὸ Ε, ὅταν δὲ τὸ Γ ἐπὶ τὸ Λ παραγένηται, οὐδέπω δύνει τὸ Γ, ἀλλ' ἔτι ὑπὲρ γῆν ἐστιν· πρότερον ἄρα δύνει τὸ Ε τοῦ Γ· ὥστε ὕστερον δύνει τὸ Γ τοῦ Ε.



Πάλιν δὲ δυνέτω τὰ Ζ Η ἄστρα ὁμόσε· λέγω ὅτι οὐχ ἅμα ἀνατέλλει, ἀλλὰ πρότερον τὸ Ζ τοῦ Η.

Ἐπεὶ γὰρ ἡ ΓΖ περιφέρεια τῆς ΕΗ περιφερείας (μϛ) μείζων ἐστὶν ἢ ὁμοία, λοιπὴ ἄρα ἡ ΖΘΓ λοιπῆς τῆς ΗΚΕ ἐλάσσων ἐστὶν ἢ ὁμοία. ἔστω ἡ ΖΘΓ ὁμοία τῇ ΗΚ. ἐπεὶ ὁμοία ἐστὶν ἡ ΖΘΓ περιφέρεια τῇ ΗΚ περιφερείᾳ, στρεφομένης ἄρα τῆς σφαίρας ἅμα τὸ Ζ ἐπὶ τὸ Γ παραγίγνεται καὶ τὸ Η ἐπὶ τὸ Κ. πρότερον δὲ τὸ Η ἐπὶ τὸ Κ παραγίγνεται ἤπερ ἐπὶ τὸ Ε· πρότερον ἄρα καὶ τὸ Ζ ἐπὶ τὸ Γ παραγίγνεται ἤπερ τὸ Η ἐπὶ τὸ Ε. ἀλλ' ὅταν μὲν τὸ Ζ ἐπὶ τὸ Γ παραγένηται, ἀνατέλλει τὸ Ζ, ὅταν δὲ τὸ Η ἐπὶ τὸ Ε παραγένηται, ἀνατέλλει τὸ Η· πρότερον ἄρα ἀνατέλλει τὸ Ζ τοῦ Η.

(μδ) Διὰ τοῦ κ' τοῦ β' τῶν σφαιρικῶν.
(με) Ἀπὸ τοῦ β' τούτου τοῦ βιβλίου.
(μϛ) Ἐπειδὴ πᾶς κύκλος παντὶ ὅμοιός ἐστιν τῷ τὰς δ'

est ad axem, idem etiam ad parallelos obliquus est[1]); ergo arcus $\gamma\zeta$ maior est quam similis arcui $\varepsilon\eta$[2]). Sit arcui $\varepsilon\eta$ similis $\gamma\lambda$; aequali igitur tempore punctum γ ad λ ac punctum ε ad η pervenit[3]). At punctum ε, cum ad η accessit, occidit, punctum autem γ, cum ad λ accessit, nondum occidit, sed etiam super horizontem est; prius igitur occidit ε quam γ; itaque γ posterius occidit quam ε.

Rursus autem puncta ζ η simul occidant; dico ea non simul, sed prius ζ quam η oriri.

Nam quia arcus $\gamma\zeta$ maior est quam similis arcui $\varepsilon\eta$, reliquus igitur $\zeta\vartheta\gamma$ minor est quam similis reliquo $\eta\varkappa\varepsilon$[4]). Sit arcus $\zeta\vartheta\gamma$ similis ipsi $\eta\varkappa$. Quoniam arcus $\zeta\vartheta\gamma$ ipsi $\eta\varkappa$ similis est, in conversione igitur sphaerae punctum ζ simul ad γ atque η ad $\varkappa$ pervenit. Prius autem punctum η ad $\varkappa$ quam ad ε pervenit; ergo etiam punctum ζ prius ad γ, quam η ad ε, pervenit. Sed punctum ζ, cum ad γ accessit, oritur, punctum autem η, cum ad ε accessit, oritur; ergo ζ prius oritur quam η.

---

1) Autol. propos. 7 huius.
2) Theodos. sphaer. 2, 20 (conf. σχόλιον μδ).
3) Autol. propos. 2 huius (conf. σχόλιον με).
4) Quoniam omnis circulus omni circulo similis est: quattuor namque anguli, qui sunt in centro, in omnibus circulis insistunt recti. SCHOLIUM apud Auriam p. 32 (expressum e Graeco μϛ).

γωνίας τὰς πρὸς τῷ κέντρῳ τὰς ὀρθὰς ἐπὶ ὅλων τῶν κύκλων βεβηκέναι.

ι′. Ἐὰν ἐν σφαίρᾳ μέγιστος κύκλος λοξὸς ὢν πρὸς τὸν ἄξονα ὁρίζῃ τό τε φανερὸν τῆς σφαίρας καὶ τὸ ἀφανές, ὁ διὰ τῶν πόλων τῆς σφαίρας κύκλος ἐν μιᾷ περιφορᾷ τῆς σφαίρας δὶς ἔσται ὀρθὸς πρὸς τὸν ὁρίζοντα.



Ἐν γὰρ σφαίρᾳ μέγιστος κύκλος ὁ ΑΒΓ ὁριζέτω τό τε φανερὸν τῆς σφαίρας καὶ τὸ ἀφανὲς λοξὸς ὢν (μζ) *πρὸς τὸν ἄξονα, καὶ ἔστω μέγιστος τῶν αἰεὶ φανερῶν ὁ ΑΖΕ κύκλος, ὁ δὲ φανερὸς πόλος τῆς σφαίρας ἔστω ὁ Δ, ὁ δὲ διὰ τῶν πόλων τῆς σφαίρας κύκλος ἔστω ὁ ΒΔΓ· λέγω ὅτι ἐν μιᾷ περιφορᾷ τῆς σφαίρας ὁ ΒΔΓ κύκλος δὶς ἔσται ὀρθὸς πρὸς τὸν ΑΒΓ ὁρίζοντα.*

Γεγράφθω γὰρ διὰ τῶν Α Δ σημείων μέγιστος (μη) *κύκλος ὁ ΑΔΘ· ἥξει δὴ καὶ διὰ τῶν τοῦ ΑΒΓ πόλων καὶ ἔσται ὀρθὸς πρὸς αὐτόν. καὶ ἐπεὶ ἑκάτερος τῶν*

(μζ) *Τουτέστιν οὗ ἐφάπτεται ὁ ΑΒΓ κύκλος· φανερὸν γὰρ καὶ ἀπὸ τοῦ ς′ ὅτι ἐφάπτεται.*

(μη) *Ἀπὸ τοῦ ε′ τοῦ β′ τῶν σφαιρικῶν.*

X. Si in sphaera maximus circulus, obliquus ad axem, distinguat conspicuam sphaerae *partem* et occultam, circulus per sphaerae polos *ductus* in una conversione sphaerae bis ad horizontem perpendicularis erit. Prop. 10

In sphaera enim maximus circulus $\alpha\beta\gamma$ distinguat conspicuam sphaerae *partem* et occultam, obliquus ad axem, et maximus circulorum semper apparentium sit $\alpha\zeta\varepsilon\eta$, perspicuus autem sphaerae polus sit punctum δ, circulus autem per polos sphaerae *ductus* sit $\beta\delta\gamma$; dico in una conversione sphaerae circulum $\beta\delta\gamma$ bis ad horizontem $\alpha\beta\gamma$ perpendicularem futurum esse.

Describatur enim per puncta α δ maximus circulus $\alpha\delta\vartheta$[1]); transibit igitur etiam per polos circuli $\alpha\beta\gamma$[2]) eritque ad eum perpendicularis[3]). Et quia uterque

---

FIGURA codicum ABCE exhibet maiorem circulum $\alpha\beta\vartheta\gamma$ et minorem $\alpha\zeta\varepsilon\eta$ inter se intus tangentes. Praeterea descriptae sunt circumferentiae $\beta\zeta\delta\eta\gamma$ (sic) et $\alpha\delta\varepsilon\vartheta$.

PROPOS. 10: Pappus collect. 6 cap. 41 (p. 522). Ad eandem Maurolycus fol. 61[v] adnotat: 'Patet, quoniam talis circulus bis transit in uno ambitu per polos horizontis: quare per 20[m] [*lege* 15[m]] primi sphaericorum Theodosii bis eum orthogonaliter secabit.' Praeterea scholio apud Auriam p. 32 comparatur positio circuli meridiani, cum quo omnis circulus per polos ductus bis in die congruat, et citatur prima pars secundae propositionis Euclidis phaenomenon, qua in propositione Euclidem hoc decimo Autolyci theoremate usum esse demonstrat Heiberg. Stud. Eucl. p 40.

1) Theodos. sphaer. 1, 20.
2) Ibid. 2, 5 (conf. σχόλιον μη).
3) Ibid. 1, 15.

(μθ) *ΖΔΗ ΑΔΕ τὸν ΑΖΗ κύκλον διὰ τῶν πόλων τέμνει,
ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ΖΑ περιφέρεια τῇ ΕΗ περιφερείᾳ·
(ν) ἐν ἴσῳ ἄρα χρόνῳ τὸ Ζ σημεῖον τὴν ΖΑ περιφέρειαν
διελεύσεται καὶ τὸ Η τὴν ΗΕ· στρεφομένης ἄρα τῆς
σφαίρας, ὅταν τὸ Ζ τὴν ΖΑ περιφέρειαν διελθὸν ἐπὶ
τὸ Α παραγένηται, καὶ τὸ Η τὴν ΗΕ διελθὸν ἐπὶ
τὸ Ε παραγένηται, ἡ ΖΔΗ περιφέρεια ἐφαρμόσει ἐπὶ
(να) τὴν ΑΔΕ περιφέρειαν· ὥστε καὶ ὅλος ὁ ΒΔΓ κύκλος
(νβ) ἐφ' ὅλον τὸν ΑΔΘ κύκλον ἐφαρμόσει. ἀλλ' ὁ ΑΔΘ
κύκλος ὀρθός ἐστιν πρὸς τὸν ΑΒΓ κύκλον· καὶ ὁ
ΒΔΓ ἄρα κύκλος ὀρθός ἐστιν πρὸς τὸν ΑΒΓ κύκλον.
πάλιν δὴ στρεφομένης τῆς σφαίρας, ὅταν τὸ Η σημεῖον
ἀρξάμενον ἀπὸ τοῦ Ε σημείου τὴν ΕΖΑ περιφέρειαν
διελθὸν ἐπὶ τὸ Α παραγένηται, τότε καὶ τὸ Ζ σημεῖον
ἀρξάμενον ἀπὸ τοῦ Α σημείου τὴν ΑΗΕ περιφέρειαν
διελθὸν ἐπὶ τὸ Ε παρέσται, καὶ ἐφαρμόσει ἡ ΖΔΗ
περιφέρεια ἐπὶ τὴν ΑΔΕ περιφέρειαν· ὥστε καὶ ὅλος
ὁ ΒΔΓ κύκλος ἐφ' ὅλον τὸν ΑΔΘ κύκλον ἐφαρ-*

(μθ) *Ἀπὸ τοῦ γ' τοῦ γ' τῶν σφαιρικῶν.*
(ν) *Διὰ τοῦ β' τούτου.*
(να) *Διὰ τοῦ η' τούτου.*
(νβ) *Ὡς ἐδείχθη διὰ τοῦ ε' τοῦ β' τῶν σφαιρικῶν.*

---

1) Hoc loco circulum $\alpha\delta\varepsilon$ eundem quem antea $\alpha\delta\vartheta$ scriptor appellat, quoniam de sectione circuli $\alpha\eta\varepsilon\zeta$ agitur. Similiter circulus $\zeta\delta\eta$ nunc dicitur qui antea $\beta\delta\gamma$ notatus est.

2) Scilicet propter Theodos. sphaer. 1, 15 utraque circumferentiarum $\zeta\eta$ $\alpha\varepsilon$ semicirculus est. Et sunt eiusdem circuli; itaque etiam inter se aequales; subtracto igitur communi arcu $\alpha\eta$ restat $\zeta\alpha = \eta\varepsilon$. Similiter demonstrabitur esse $\alpha\varepsilon = \varepsilon\alpha$, et $\varepsilon\zeta = \alpha\eta$. Scholiasta Graecus (μθ), nescio qua ratione ductus, Theodosii sphaer. 3, 3 citat.

circulorum $\zeta\delta\eta$ $\alpha\delta\varepsilon$[1]) circulum $\alpha\zeta\eta$ per polos secat, arcus igitur $\zeta\alpha$ arcui $\varepsilon\eta$ aequalis est[2]); aequali igitur tempore punctum ζ arcum $\zeta\alpha$ ac punctum η arcum $\eta\varepsilon$ percurret[3]); ergo in conversione sphaerae, cum ζ, postquam arcum $\zeta\alpha$ percucurrit, ad α, et punctum η, postquam arcum $\eta\varepsilon$ percucurrit, ad ε pervenerit, arcus $\zeta\delta\eta$



cum arcu $\alpha\delta\varepsilon$ congruet; itaque etiam totus circulus $\beta\delta\gamma$ cum toto circulo $\alpha\delta\vartheta$ congruet. Sed circulus $\alpha\delta\vartheta$ ad circulum $\alpha\beta\gamma$ perpendicularis est; ergo etiam circulus $\beta\delta\gamma$ ad circulum $\alpha\beta\gamma$ perpendicularis erit. Iam rursus in conversione sphaerae, cum punctum η, postquam a puncto ε exiit et arcum $\varepsilon\zeta\alpha$ percucurrit, ad α pervenerit, tum item punctum ζ, postquam a puncto α exiit et arcum $\alpha\eta\varepsilon$ percucurrit, ad ε perveniet, et arcus $\zeta\delta\eta$ congruet cum arcu $\alpha\delta\varepsilon$; itaque etiam totus circulus $\beta\delta\gamma$ cum toto circulo $\alpha\delta\vartheta$ congruet. Sed

3) Autol. propos. 2 huius (conf. σχόλιον ν).

μόσει. ὁ δὲ *ΑΔΘ* κύκλος ὀρθός ἐστιν πρὸς τὸν *ΑΒΓ* κύκλον· καὶ ὁ *ΒΔΓ* ἄρα κύκλος ὀρθός ἐστιν πρὸς τὸν *ΑΒΓ* κύκλον. πάλιν δὴ ὅταν τὸ *Η* ἀρξάμενον ἀπὸ τοῦ *Α* τὴν *ΑΗ* διελθὸν ἐπὶ τὸ *Η* παραγένηται, καὶ τὸ *Ζ* ἀρξάμενον ἀπὸ τοῦ *Ε* ἐπὶ τὸ *Ζ* παρέσται, καὶ ὁ *ΒΔΓΘ* κύκλος θέσιν ἕξει ἣν εἶχεν ἐξ ἀρχῆς· ὥστε οὐκ ὀρθὸς πρὸς τὸν ὁρίζοντα πλέον ἢ δὶς ἔσται· ἐν μιᾷ ἄρα περιφορᾷ τῆς σφαίρας ὁ διὰ τῶν πόλων τῆς σφαίρας κύκλος δὶς ἔσται ὀρθὸς πρὸς τὸν ὁρίζοντα.

Quoniam enim, cum sol in γ occidit, astra quaedam fixa β α δ oriuntur, astrorum igitur β α δ est verus ortus vespertinus (*def.* 4). Sed apparens *ortus vespertinus* prior est quam verus[1]). Sint igitur astrorum β α δ apparentes ortus vespertini eo tempore, quo sol est ad ε. Rursus quia in circulo zodiaco astra iuxta diametrum opposita coniugate et oriuntur et occidunt[2]), astro igitur γ oriente astrum α ei oppositum occidit; itaque, cum γ orietur, sol, qui erit ad α, occidet. Et simul cum sole astrum α occidet, eritque astri α verus occasus vespertinus. Sed apparens *occasus vespertinus* prior est quam verus[1]). Iam sit astri α apparens occasus vespertinus eo tempore, quo sol est ad ζ; ergo arcus $\gamma\varepsilon$ ipsi $\alpha\zeta$ aequalis est. Et similiter *ac supra* (*propos.* 4) *demonstrabitur* astri α ab ortu apparente vespertino occasum apparentem vespertinum fieri post dimidium annum. Et apparet astri β intermisso longiore, astri autem δ minore *tempore quam dimidii anni occasum vespertinum apparentem fieri.*

VI. Unumquodque astrorum fixorum, quae ortus et occasus faciunt, intermisso fere annuo spatio[3]) simul cum sole oritur verum ortum matutinum faciens, ac similiter simul occidit. Prop. 6

1) Autol. propos. 1 huius.
2) Eucl. phaenom. 6.
3) Graeca δι' ἐνιαυτοῦ ἔγγιστα Auria vertit *quasi toto anno*; sed eum nihil aliud voluisse quam quod supra expressum est docet scholium 15 infra a nobis repetitum. Ac paulo post in demonstratione δι' ἐνιαυτοῦ (p. 74, 20) idem interpretatur *per annum.*

Ἔστω ἐν κόσμῳ ὁρίζων ὁ *ΑΒΓΔ*, ὁ δὲ τοῦ ἡλίου κύκλος θέσιν ἐχέτω ὡς τὴν *ΑΕΓΖ*, καὶ τοῦ ἡλίου ἀνατέλλοντος κατὰ τὸ *Α* ἄστρον τι τῶν ἀπλανῶν συνανατελλέτω τὸ *Δ*· τοῦ ἄρα *Δ* ἄστρου ἐστὶν ἡ ἀληθινὴ ἑῴα ἐπιτολή. λέγω δὴ ὅτι τὸ *Δ* ἄστρον δι' ἐνιαυτοῦ ἔγγιστα συνανατέλλει τῷ ἡλίῳ.



Εἰ μὲν οὖν ὁ ἥλιος ἀνατείλας κατὰ τὸ *Α* ἐν ὅλαις περιφοραῖς τὸν *ΑΕΓΖ* κύκλον διαπορεύεται, δῆλον ὡς τὸ *Δ* ἄστρον συνανατέλλει τῷ ἡλίῳ δι' ἐνιαυτοῦ. ἐπεὶ δὲ ἐλλείπει ἐφ' ὅλαις περιφοραῖς καὶ μόριόν τι περιφορᾶς, μικρά τις ἂν γένοιτο παραλλαγὴ τοῦ μὴ οὐχὶ τὸ *Δ* ἄστρον συνανατεῖλαι τῷ ἡλίῳ· τετήρηται γὰρ ἕκαστον τῶν ἀπλανῶν ἄστρων διὰ δεκαπέντε περιφορῶν ἐκφεῦγον τοῦ ἡλίου τὰς αὐγάς, ὁ δὲ ἐνιαυτὸς (λδ) γίγνεται τῷ ἡλίῳ ἐξ ὅλων περιφορῶν καὶ τετάρτου· ἔγγιστα ἄρα ἔσται ἡ τοῦ *Δ* ἄστρου ἑῴα ἀληθινὴ ἐπιτολὴ δι' ἐνιαυτοῦ, ὥστε ἕκαστον τῶν ἀπλανῶν ἄστρων τῶν ἐπιτολάς τε καὶ δύσεις ποιουμένων συνανατέλλει τῷ ἡλίῳ δι' ἐνιαυτοῦ ἔγγιστα τὴν ἀληθινὴν ἑῴαν ἐπιτολὴν ποιούμενον. ὁμοίως δὲ δειχθήσεται ὅτι καὶ συνδύνει.

ζ. Ἕκαστον τῶν ἀπλανῶν ἄστρων ἀπὸ ἑῴας ἀληθινῆς ἐπιτολῆς ἑσπερίαν ἀληθινὴν ἐπιτολὴν ποιεῖται

(λδ) Διὰ τὸ τξε' νυχθημέρων εἶναι τὸν ἐνιαυτὸν καὶ τετάρτου· τὸ οὖν ἐλλεῖπον τὸ δ' ἐστι, παρ' ὃ συνανατέλλει αὐτῷ τὸ ἄστρον.

FIGURA similis exstat in codicibus AC. In E intra circulum adnotatum est σχῆμα τὸ αὐτὸ (scilicet illud quod nos p. 70 edidimus).

Sit in mundo horizon $\alpha\beta\gamma\delta$, solis autem circulus positionem habeat velut $\alpha\varepsilon\gamma\zeta$, et, cum sol in α oritur, astrum aliquod fixum δ simul oriatur; ergo astri δ est verus ortus matutinus (*def.* 2); iam dico astrum δ intermisso fere annuo spatio simul cum sole oriri.

Enimvero si sol, postquam in α ortus est, per totas conversiones circulum $\alpha\varepsilon\gamma\zeta$ percurrit, astrum δ annuo spatio intermisso simul cum sole oriri apparet. Sed quia de totis conversionibus deest etiam pars quaedam conversionis[1]), parvum quiddam interest, ne astrum δ simul cum sole oriatur. Nam observatum est unumquodque astrorum fixorum intra quindecim solis conversiones radios eius effugere[2]), annus autem solaris fit ex totis conversionibus et quarta *insuper conversionis* parte[3]); proxime igitur astri δ verus ortus matutinus redibit intermisso annuo spatio; itaque unumquodque astrorum fixorum, quae et ortus et occasus faciunt, intermisso fere annuo spatio simul cum sole oritur verum ortum matutinum faciens. Ac similiter de occasu idem demonstrabimus.

VII. Unumquodque astrum fixum ab ortu vero matutino vespertinum ortum verum, itemque ab occasu Prop. 7

---

1) Totum conversionum numerum CCCLXVI scriptor hoc loco intellegere videtur, quem numerum ne compleat sol, desunt tres fere quartae partes unius conversionis. Paulo aliter eandem rem in proximis significat, quae scholio 16 explicantur.

2) Conf. infra libri 2 propos. 6. Auria in margine p. 17 adnotat *Scilicit 15 gradibus*; quid tamen intersit, facile intellegitur, nam anni dies sunt 365 (et exsuperans quiddam), gradus autem 360, quo de discrimine etiam Graecus scriptor tacet.

3) Conf. σχόλιον λδ et in appendice 16. Numerus CCCLXV dierum et quartae diei partis computatur in demonstratione decimi theorematis Theodosii de habitationibus.

διὰ ἡμίσους ἐνιαυτοῦ ἔγγιστα, καὶ ἀπὸ ἑσπερίας ἀληθινῆς δύσεως ἑῴαν ἀληθινὴν δύσιν.

Ἔστω ἐν κόσμῳ ὁρίζων ὁ ΑΒΓΔ, ὁ δὲ τοῦ ἡλίου κύκλος θέσιν ἐχέτω ὡς τὴν ΑΕΓΖ, καί, τοῦ ἡλίου ἀνατέλλοντος κατὰ τὸ Α, ἄστρον τι τῶν ἀπλανῶν ἀνατελλέτω τὸ Δ· τῷ ἄρα Δ ἄστρῳ ἀληθινή ἐστιν ἑῴα ἐπιτολή· λέγω ὅτι τοῦ Δ ἄστρου ἀπὸ ἑῴας ἀληθινῆς ἐπιτολῆς ἑσπερία ἀληθινὴ ἐπιτολὴ γίγνεται διὰ ἡμίσους ἐνιαυτοῦ ἔγγιστα.

(λε) *Εἰ μὲν οὖν ὁ ἥλιος τὴν ΑΕΓ περιφέρειαν διέρχεται ἐν ὅλαις ἡμέραις, δῆλον ὡς δύσεται κατὰ τὸ Γ, καὶ ἔσται τοῦ Δ ἄστρου ἡ ἑσπερία ἀληθινὴ ἐπιτολὴ διὰ ἡμίσους ἐνιαυτοῦ. εἰ δὲ μὴ διέρχεται τὴν ΑΕΓ περιφέρειαν ἐν ὅλαις ἡμέραις, μικρά τις ἂν γένοιτο παραλλαγὴ τοῦ μὴ οὐχὶ συνδῦναι τὸν ἥλιον τῷ Δ ἄστρῳ, ὥστε τῷ Δ ἄστρῳ ἀπὸ ἑῴας ἀληθινῆς ἐπιτολῆς ἑσπερία ἀληθινὴ γίγνεται ἀνατολὴ διὰ ἡμίσους ἐνιαυτοῦ ἔγγιστα.*

Ὁμοίως δὴ δείξομεν ὅτι καὶ ἀπὸ ἑσπερίας ἀληθινῆς δύσεως ἑῴαν ἀληθινὴν δύσιν ποιεῖται διὰ ἡμίσους ἐνιαυτοῦ ⟨ἔγγιστα⟩.

η΄. Ὅσα τῶν ἄστρων ἐστὶν ἐπὶ τοῦ τῶν ζῳδίων κύκλου, ἐκεῖνα μετὰ τὴν ἐσχάτην ἑσπερίαν φάσιν τὴν ἑῴαν πρώτην φάσιν ποιεῖται ἀφανισθέντα ἡμέρας τινὰς καὶ νύκτας.

(λε) *Οὐ διέρχεται δέ, ἐπειδή, εἰ ἐν τξε΄ περιφοραῖς μόνον διήει τὸν ἐνιαυτόν, τὸ ἥμισυ τοῦ κύκλου ἐν τῷ ἡμίσει τοῦ ἐνιαυτοῦ διιὼν πάντως ἂν ἔδυνε κατὰ τὸ Γ. ἐπειδὴ δὲ ἐν τξε΄ περιφοραῖς οὐ τὸν πάντα κύκλον δίεισιν, ἀλλὰ τὸν παρὰ τέταρτον, δῆλον ὅτι πρὸ τοῦ Γ που δύσεται, διὰ τὸ τὸ ἥμισυ τῶν τξε΄ πρὸ τοῦ Γ που πίπτειν.*

vero vespertino matutinum occasum verum intermisso dimidio fere anno facit.

Sit in mundo horizon αβγδ, solis autem circulus positionem habeat velut αεγξ, et, cum sol in α oritur, astrum aliquod fixum δ *simul* oriatur; ergo astri δ est verus ortus matutinus (*def.* 2); dico astri δ ab ortu vero matutino vespertinum ortum verum fieri dimidio fere anno intermisso.



Enimvero si sol semicirculum αεγ per totos dies percurrit, apparet eundem in γ occasurum esse[1]), eritque astri δ vespertinus ortus verus intermisso dimidio anno. At si non per totos dies semicirculum αεγ percurrit, parvum quiddam interest, ne sol simul cum astro δ occidat; itaque astri δ ab ortu vero matutino vespertinus ortus verus fit fere dimidio anno intermisso.

Ac similiter demonstrabimus astrum δ etiam ab occasu vero vespertino matutinum occasum verum facere intermisso fere dimidio anno.

VIII. Quaecunque astra in zodiaco circulo sunt, Prop. 8
ea post ultimum conspectum[2]) vespertinum praebent primum conspectum matutinum, postquam per aliquot dies et noctes latuerunt.

FIGURA non differt a superiore (p. 74). In codicibus AC eaedem lineae et litterae repetitae sunt, in E intra circulum adnotatum est *τὸ αὐτὸ σχῆμα*.

1) Conf. *σχόλιον λε* et in appendice 17.

PROPOS. 8: conf. infra libri 2 propos. 6 et in appendice scholium 18 cum nostra adnotatione.

2) Graecum *φάσιν* Auria *apparitionem* vertit.

Ἔστω ἐν κόσμῳ ὁρίζων ὁ ΑΒΓΔ, ὁ δὲ τοῦ ἡλίου κύκλος θέσιν ἐχέτω ὡς τὴν ΑΕΓ, καὶ ὁ ἥλιος πορευέσθω ὡς ἐπὶ τὰ Γ Ε Α μέρη, ἄστρον δέ τι τῶν ἀπλανῶν ἐπὶ τοῦ τῶν ζῳδίων κύκλου ἔστω τὸ Ε, καὶ τὸ Ε (λϛ) ἄστρον ἐσχάτως μὲν περικαταλαμβανέσθω ὑπὸ τῶν τοῦ ἡλίου αὐγῶν τοῦ ἡλίου ὄντος πρὸς τῷ (λζ) Ζ, πρώτως δὲ ἐκφευγέτω τὰς τοῦ ἡλίου αὐγὰς τοῦ ἡλίου ὄντος πρὸς τῷ Η, τουτέστιν ἔστω τοῦ Ε ἄστρου ἡ μὲν ἐσχάτη ἑσπερία φάσις τοῦ ἡλίου ὄντος πρὸς τῷ Ζ, ἡ δὲ ἑῴα πρώτη φάσις τοῦ ἡλίου ὄντος πρὸς τῷ Η· λέγω ὅτι τοῦ ἡλίου διαπορευομένου τὴν ΖΗ περιφέρειαν τὸ Ε ἄστρον οὐ φαίνεται.



Ἔστω γὰρ ὁ ἥλιος πρὸς τῷ Θ· τοῦ ἄρα ἡλίου (λη) ὄντος πρὸς τῷ Θ τὸ Ε ἄστρον οὐ φαίνεται ἀνατέλλον· προανατέλλει γὰρ αὐτοῦ τὸ Θ, τουτέστιν ὁ ἥλιος. (λθ) ἀλλ' οὐδὲ δῦνον ὁραθήσεται, ἐπειδήπερ τοῦ Ε ἄστρου ἐστὶν ἡ ἐσχάτη ἑσπερία φάσις τοῦ ἡλίου ὄντος πρὸς τῷ Ζ· τοῦ ἄρα ἡλίου ὄντος πρὸς τῷ Θ τὸ Ε ἄστρον οὐ φαίνεται.

(λϛ) *Τουτέστιν ἐσχάτως φαινέσθω δῦνον.*

(λζ) *Τουτέστι, πρὶν ἐγγίσει αὐτῷ ὁ ἥλιος, φαινέσθω ἀνατέλλον, ἀπέχοντος ιε' μοίρας.*

(λη) *Ἐφάνη γὰρ ἀνατέλλον πρὶν ἀνατεῖλαι τὸν ἥλιον.*

(λθ) *Εἰ γὰρ πρὸς τῷ Ζ ὄντος τοῦ ἡλίου ἐφαίνετο, δῆλον ὅτι ἐγγυτέρω ὄντος [τοῦ Ε] οὐ φαίνεται τὸ Ε δῦνον.*

FIGURAM descripsimus ad similitudinem eius quae exstat in codicibus ACE, nisi quod ibi litterae ζ θ ε κ η latius inter se distant ac paene totum semicirculum obtinent. Graecus

Sit in mundo horizon $\alpha\beta\gamma\delta$, solis autem circulus positionem habeat velut $\alpha\varepsilon\gamma$, et sol currat a γ per ε ad α[1]), astrum autem aliquod fixum in circulo zodiaco sit ε, idque postremo solis radiis occupetur[2]), cum sol est ad ζ, primo autem solis radios effugiat[3]), cum sol est ad η, id est astri ε sit ultimus vespertinus conspectus, cum sol est ad ζ, primus autem matutinus conspectus, cum sol est ad η[4]); dico, dum sol arcum $\zeta\eta$ percurrit, astrum ε non conspici.

Sit enim sol ad ϑ *punctum inter* ζ *et* ε *situm*; ergo, cum sol est ad ϑ, astrum ε non conspicitur oriens[5]); nam antea astrum ϑ, id est sol, oritur. At idem ne occidens quidem conspicietur[6]), quoniam *ex hypothesi* astri ε est ultimus vespertinus conspectus, cum sol est ad ζ; ergo, cum sol est ad ϑ, astrum ε non conspicitur.

---

scriptor supponit arcum $\zeta\varepsilon\eta$ a sole percurri duodecima parte annui cursus, id est diebus triginta.

1) 'Sol quidem iter faciat, verbi gratia, ad partes C, E, A' (*id est* γ ε α) vertit Auria, ac posthac similiter.

2) Scilicet postremo occidere videatur. AURIA in marg. p. 20 (conf. σχόλ. λϛ). Vide tamen in appendice adnotationem ad schol. 18.

3) Scilicet ante appareat oriri, quam sol ipsi appropinquaverit, distante tantum sole grad. 15 ab eo. IDEM (conf. σχόλιον λζ).

4) Ad hunc locum apposuit Auria scholium, quod in appendice nostra est undevicesimum, expressum e Graeco μγ. Sed hoc quidem in codice C adscriptum est ad finem huius propositionis (p. 80, 11), ac similiter brevius illud scholium quod est in E.

5) Apparebit siquidem oriri ante solis exortum. AURIA in marg. p. 20 (conf. σχόλιον λη).

6) Si enim manente sole in ζ puncto apparet, patet quod, accedente propius, astrum ε occidere non videtur. AURIA in marg. p. 20 (conf. σχόλιον λϑ).

*Ὁμοίως δὴ δείξομεν ὅτι οὐδὲ τοῦ ἡλίου τὴν ΖΕ
(μ) περιφέρειαν διαπορευομένου τὸ Ε ἄστρον οὐ φαίνεται.*

Λέγω δὴ ὅτι οὐδὲ τὴν ΕΗ.

*Ἔστω γὰρ πάλιν πρὸς τῷ Κ ὁ ἥλιος· τοῦ ἄρα
(μα) ἡλίου ὄντος πρὸς τῷ Κ τὸ Ε ἄστρον οὐ φαίνεται
δῦνον· προδύνει γὰρ τὸ Ε τοῦ Κ, τουτέστιν τοῦ ἡλίου.
οὐδὲ μὴν ἀνατέλλον ὁρᾶται, ἐπειδήπερ τοῦ Ε ἄστρου
ἐστὶν ἡ ἑῴα πρώτη φάσις τοῦ ἡλίου ὄντος πρὸς τῷ Η·
(μβ) τοῦ ἄρα ἡλίου ὄντος πρὸς τῷ Κ τὸ Ε ἄστρον οὐ
φαίνεται.*

*(μγ) Ὁμοίως δὴ δείξομεν ὅτι οὐδὲ τοῦ ἡλίου τὴν ΕΗ
διαπορευομένου τὸ Ε ἄστρον φαίνεται. ἐδείχθη δὲ ὅτι
οὐδὲ τὴν ΖΕ· ὅλην ἄρα τοῦ ἡλίου τὴν ΖΕΗ περιφέρειαν διαπορευομένου τὸ Ε ἄστρον οὐ φαίνεται.*

θʹ. Τὰ πρὸς μεσημβρίαν ἄστρα μᾶλλον τῶν ἐπὶ τοῦ τῶν ζῳδίων κύκλου ἀπὸ ἐσχάτης ἑσπερίας φάσεως ἑῴαν φάσιν ποιεῖται πρώτην πλείονας ἡμέρας ἀφανισθέντα ἤπερ τὰ ἐπὶ τοῖ τῶν ζῳδίων κύκλου.

(μ) Τουτέστι μεταξὺ τῆς ΖΕ περιφερείας λαμβάνοντες σημεῖον καὶ ὁμοίως δεικνύντες.

(μα) Ὤφειλεν δὲ μετὰ τὸ τὸν ἥλιον δῦναι φανῆναι δῦνον ἐσχάτως.

(μβ) Εἰ γὰρ ἀπωτέρω ὄντος τοῦ ἡλίου ἐφαίνετο ἀνατέλλον, δῆλον ὅτι ἐγγύτερον ὄντος οὐ φαίνεται.

(μγ) Τουτέστι μετὰ μὲν τὸ δῦναι τὸν ἥλιον, πρὸς τῷ Ζ ὄντος αὐτοῦ, ἐσχάτως φαινέσθω δῦνον τὸ Ε, καὶ πάλιν πρὶν ἀνατεῖλαι αὐτόν, πρὸς τῷ Η ὄντος αὐτοῦ, πρώτως φαινέσθω ἀνατέλλον· μηδέπω μὲν γὰρ φθάσαντος αὐτὸ τοῦ ἡλίου, ἀλλ' ἀπέχοντος μοίρας ιεʹ, μετὰ τὸ δῦναι αὐτόν, ἐσχάτως φαίνεται. εἶτα ἐπικαταλαβόντος αὐτὸ τοῦ ἡλίου ἀφανισθέν, προκόπτοντος τοῦ ἡλίου τὴν ἐναντίαν τῷ παντὶ μὴ φαινόμενον. πάλιν πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς ἀποστάντος αὐτοῦ πρώτως φαίνεται πρὶν ἀνατεῖλαι τὸν ἥλιον. εἰκότως οὖν πρώτως ἔσται ἡ ἑσπερία ἐπιτολὴ φαινομένη ἐσχάτη, εἶτα ἡ ἑῴα πρώτη ἐπιτολή, ὅτι ἀπὸ ἑσπερίας ἑῴαν ποιεῖται νῦν.

Iam similiter demonstrabimus, *quocunque alio in puncto inter ζ et ε sito sol consistit*[1]), *id est* quoad sol arcum ζε percurrit, astrum ε non conspici.

Iam dico ne *eo* quidem *tempore, quo sol* arcum εη *percurrit, astrum ε conspici.*

Sit enim rursus sol ad ϰ *punctum inter ε et η situm*; ergo cum sol est ad ϰ, astrum ε occidens non conspicitur, quoniam id prius occidit quam ϰ, id est quam sol. Neque vero oriens conspicitur, quoniam *ex hypothesi* astri ε est primus matutinus conspectus, cum sol est ad η; ergo, cum sol est ad ϰ, astrum ε non conspicitur[2]).



Iam similiter demonstrabimus, *quocunque alio in puncto inter ε et η sito sol consistit, id est* quoad sol arcum εη percurrit, astrum ε non conspici. Sed demonstratum est ne *eo* quidem *tempore, quo* arcum ζε; ergo, dum sol *totum* arcum ζεη percurrit, astrum ε non conspicitur.

IX. Astra, quae propius ad meridiem sunt quam illa quae sunt in circulo zodiaco, ab ultimo vespertino conspectu primum matutinum conspectum praebent, postquam per plures dies latuerunt quam astra quae sunt in circulo zodiaco[3]). Prop. 9

1) Conf. σχόλιον μ, quod Auria l. c. sic expressit: Scilicet inter circumferentiam GE (*id est* ϑε, *at debebat ponere FE, id* est ζε) punctum aliquod sumentes, idem ostendetur.

2) Nam si longius sole manente oriri videtur, patet quod propius existente non apparet. IDEM (conf. σχόλιον μβ).

3) Vide scholium 1. in 8. huius (*id est in appendice huius editionis schol. 18*) et X prop. huius. AURIA in marg. p. 21.

Ἔστω ἐν κόσμῳ ὁρίζων ὁ ΑΒΓ, μέγιστος δὲ τῶν αἰεὶ φανερῶν ὁ ΑΔΕ, ὁ δὲ τοῦ ἡλίου κύκλος θέσιν ἐχέτω ὡς τὴν ΒΖΓ, ἄστρον δὲ τῶν ἀπλανῶν ἔστω τὸ Η μᾶλλον τοῦ τῶν ζῳδίων κύκλου πρὸς μεσημβρίαν· λέγω ὅτι τὸ Η ἄστρον ἀπὸ ἑσπερίας ἐσχάτης φάσεως ἑῴαν πρώτην φάσιν ποιεῖται ἀφανισθὲν πλείονας ἡμέρας ἤπερ τὰ ἐπὶ τοῦ τῶν ζῳδίων κύκλου.

Γεγράφθω γὰρ διὰ τοῦ Η μέγιστος κύκλος ἐφαπτόμενος τοῦ ΑΔΕ ο ΛΗΔΜ, ὥστε ἀσύμπτωτον εἶναι τὸ ἀπὸ τοῦ Δ ἡμικύκλιον ὡς ἐπὶ τὰ Δ Η μέρη τῷ ἀπὸ τοῦ Α ἡμικυκλίῳ ὡς ἐπὶ τὰ Α Μ Β μέρη, ἄστρον δέ τι ἐπὶ τοῦ τῶν ζῳδίων κύκλου ἔστω τὸ Ζ, καὶ τὸ (μδ) *Ζ ἄστρον ἐσχάτως μὲν περικαταλαμβανέσθω ὑπὸ τῶν τοῦ ἡλίου αὐγῶν, τοῦ ἡλίου ὄντος πρὸς τῷ Θ, ἐκφευγέτω δὲ τὰς τοῦ ἡλίου αὐγὰς πρώτως τοῦ ἡλίου ὄντος πρὸς τῷ Κ· τοῦ ἄρα ἡλίου διαπορευομένου τὴν* (με) *ΘΚ περιφέρειαν τὸ Ζ ἄστρον οὐ φαίνεται. καὶ ἐπεὶ* (μϛ) *τὰ Ζ Η ἄστρα ὁμοῦ δύνει (ἀσύμπτωτον γάρ ἐστιν τὸ ἀπὸ τοῦ Δ ἡμικύκλιον ὡς ἐπὶ τὰ Δ Η μέρη τῷ ἀπὸ τοῦ Α ἡμικυκλίῳ ὡς ἐπὶ τὰ Α Β μέρη), τὰ Ζ Η ἄρα ἅμα ἐμπίπτει εἰς τὰς τοῦ ἡλίου αὐγάς. καὶ ἔστι τοῦ Ζ ἄστρου ἡ ἐσχάτη ἑσπερία φάσις τοῦ ἡλίου ὄντος*

(μδ) *Τουτέστιν ἑσπερίαν ἐσχάτην ἐπιτολὴν ποιείσθω τὸ Ζ τοῦ ἡλίου ὄντος πρὸς τῷ Θ, ἑῴαν δὲ πρώτην ἐπιτολὴν ποιείσθω τοῦ ἡλίου ὄντος πρὸς τῷ Κ.*

(με) *Διὰ τοῦ η΄.*

(μϛ) *Ἐὰν γὰρ διὰ τῶν Ζ Η παραλλήλους κύκλους νοήσωμεν, ἔσονται ἀπὸ τῶν Ζ Η ὡς ἐπὶ τὰ Α Μ Β μέρη περιφέρειαι μεταξὺ τῶν ἀσυμπτώτων ἡμικυκλίων, καὶ ὅμοιαι ἔσονται. καὶ διὰ τοῦτο ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ τὰ Ζ Η δύσεται· τὰς γὰρ ὁμοίας ἐν ἴσῳ χρόνῳ διέρχεται.*

FIGURA similis exstat in codicibus ACE, nisi quod ibi litterae ϑ ζ κ latius inter se distant ac paene totum βγ semicirculum obtinent.

Sit in mundo horizon $\alpha\beta\gamma$, maximus autem *circulus* eorum qui semper apparent $\alpha\delta\varepsilon$, solis autem circulus positionem habeat velut $\beta\zeta\gamma$, astrum autem aliquod fixum η sit propius ad meridiem quam circulus zodiacus; dico astrum η ab ultimo vespertino conspectu primum matutinum conspectum praebere, postquam per plures dies latuit quam astra quae sunt in circulo zodiaco.



Describatur enim per η maximus circulus $\lambda\eta\delta\mu$, qui circulum $\alpha\delta\varepsilon$ tangat[1]) ita, ut ne semicirculus, qui a δ versus η tendit, congruat cum eo, qui ab α versus μ β, astrum autem aliquod in circulo zodiaco sit ζ, idque postremo solis radiis occupetur, cum sol est ad ϑ, primo autem solis radios effugiat, cum sol est ad $\varkappa$[2]); ergo, dum sol arcum $\vartheta\varkappa$ percurrit, astrum ζ non apparet[3]). Et quia astra ζ η simul occidunt — nam semicirculus, qui a δ versus η tendit, non concurrit cum eo, qui ab α versus β[4]) — astra igitur ζ η simul in solis radios incidunt. Et *ex hypothesi* est astri ζ ultimus vespertinus conspectus, cum sol est

---

1) Theodos. sphaer. 1, 20.
2) Conf. σχόλιον μδ et in appendice 20.
3) Autol. propos. 8 huius, ut est in Graeco scholio με. In codice Vaticano latere videtur scholium διὰ τὸ ϑ' (v. praefat. ad p. 82, 16), quod si ad hunc locum pertinet, corrigendum est διὰ τὸ η'.
4) Ex hypothesi. Praeterea conf. σχόλ. μϛ et in appendice 21.

*πρὸς τῷ Θ· καὶ τοῦ Η ἄρα ἄστρου ἐσχάτη ἑσπερία
φάσις ἐστὶν τοῦ ἡλίου ὄντος πρὸς τῷ Θ. πάλιν ἐπεὶ*
(μζ) *τὰ Ζ Η ὁμοῦ δύνει, καὶ οὐχ ὁμοῖ ἀνατέλλει, ἀλλὰ
πρότερον τὸ Ζ τοῦ Η, δῆλον ὡς καὶ πρότερον ἐκ-
φεύγει τὰς τοῦ ἡλίου αὐγὰς τὸ Ζ· καὶ ἔστι τοῦ Ζ
ἄστρου ἡ ἑῴα πρώτη φάσις τοῦ ἡλίου ὄντος πρὸς*
(μη) *τῷ Κ· τοῦ ἄρα ἡλίου ὄντος πρὸς τῷ Κ τὸ Η ἄστρον
οὔπως ἐκφεύγει τὰς τοῖ ἡλίου αὐγάς· τὸ Η ἄρα
ἄστρον ἀπὸ ἐσχάτης ἑσπερίας φάσεως ἑῴαν πρώτην
φάσιν ποιεῖται πλείονας ἡμέρας ἀφανισθὲν ἤπερ τὰ
ἐπὶ τοῦ τῶν ζῳδίων κύκλου.*

ι΄. Τῶν ἀπλανῶν ἄστρων τῶν ἀνατολάς τε καὶ δύσεις ποιουμένων τῶν πρὸς ἄρκτους ὄντων μᾶλλον τοῦ τῶν ζῳδίων κύκλου τινὰ ἑκάστης νυκτὸς ὁρᾶται.

*Ἔστω ἐν κόσμῳ ὁρίζων ὁ ΑΒΓ, μέγιστος δὲ τῶν
αἰεὶ φανερῶν ὁ ΑΔΕ, ζῳδιακὸς δὲ ὁ ΒΖΓ, καὶ τοῦ
ἡλίου ὄντος πρὸς τῷ Ζ ἄστρα τινὰ ἔστω τὰ Η Θ,*
(μθ) *ὥστε τὸ μὲν Η ἐκφεύγειν τὰς τοῦ ἡλίου αὐγὰς πρώ-*
(ν) *τως, τὸ δὲ Θ περικαταλαμβάνεσθαι ἐσχάτως [τουτέστιν*

(μζ) *Διὰ τοῦ θ΄ τοῦ περὶ κινουμένης σφαίρας.*

(μη) *Εἰ γὰρ τὸ Ζ ἐξέφευγε τὰς τοῦ ἡλίου αὐγάς, ὄπισθεν δέ ἐστι τοῦ Ζ τὸ Η, δῆλον ὅτι τοῦ ἡλίου ἐγγύς ἐστιν οὔπω φυγὸν τὰς αὐγάς. μεθ᾽ ἡμέρας τινὰς ἄρα φεύξεται· διὸ ἐν πλείονι χρόνῳ ἐστὶν ἀφανὲς ἤπερ τὸ Ζ.*

(μθ) *Γίνεται δὲ φανερόν, ἐὰν διὰ τῶν Η Ε παραλλήλους γράψωμεν, καὶ διὰ τῶν Θ Δ, καθ᾽ ὧν φέρεται τὰ σημεῖα.*

(ν) *Τοῦ ἡλίου ἀπὸ τοῦ Β, τουτέστιν ἀπὸ δυσμῶν, διαπορευομένου, ὅτε ἦν μετὰ τοῦ Η, ἑῴας οὔσης ἀληθινῆς ἐπιτολῆς. μετακινηθέντος δὲ καὶ ἀποστάντος ιε΄ μοίρας ἐφάνη, τοῦ ἡλίου ἀπὸ τοῦ Γ ὄντος (τουτέστιν ὑπὸ γῆν), πρώτως ἀνατέλλον· διό ἐστι τὸ Η ἡ ἑῴα φαινομένη ἐπιτολή.*

---

1) Autol. de sphaer. 9 (conf. *σχόλιον μζ*).
2) Conf. *σχόλιον μη* et in appendice 22.

ad ϑ; ergo etiam astri η est ultimus vespertinus conspectus, cum sol est ad ϑ. Rursus quia astra ζ η simul occidunt, neque vero simul oriuntur, sed ζ prius quam η[1]), apparet ζ prius radios solis effugere. Et *ex hypothesi* astri ζ est primus matutinus conspectus, cum sol est ad κ; ergo, cum sol est ad κ, astrum η nondum effugit radios solis[2]); itaque astrum η ab ultimo vespertino conspectu primum matutinum conspectum praebet, postquam per plures dies latuit quam astra quae sunt in circulo zodiaco.

X. Ex astris fixis, quae ortus occasusque faciunt ac propius quam circulus zodiacus ad septentriones sunt, quaedam omnibus noctibus conspiciuntur. Prop. 10

Sit in mundo horizon αβγ, maximus autem *circulus* eorum qui semper apparent αδε, zodiacus autem βζγ, et cum sol est ad ζ, astra quaedam η ϑ *ita posita* sint, ut η solis radios primo effugiat, ϑ autem *iisdem* postremo



FIGURAM nostra coniectura descripsimus: in codicibus ACE hae fere lineae et litterae exstant:



(να) ἵν' ᾖ τοῦ μὲν Η ἡ ἑῴα φαινομένη ἐπιτολή, τοῦ δὲ Θ ἡ ἑσπερία φαινομένη δύσις], καὶ διὰ τῶν Η Θ μέγιστοι κύκλοι γεγράφθωσαν ἐφαπτόμενοι τοῦ ΑΔΕ κύκλου οἱ ΛΗΚΕ ΜΘΚΔ, ὥστε τὸ μὲν ΕΗΛ ἡμικύκλιον ἀσύμπτωτον εἶναι τῷ ἀπὸ τοῦ Α ἡμικυκλίῳ ὡς ἐπὶ τὰ Γ μέρη, τὸ δὲ ΔΘΜ τῷ ἀπὸ τοῦ Α ἡμικυκλίῳ ὡς ἐπὶ τὰ Β μέρη, τουτέστιν τὸ μὲν ΗΕ ἡμικύκλιον ἐφαρμόζειν ἐπὶ τὴν ἀνατολήν, τὸ δὲ ΘΔ ἐπὶ τὴν δύσιν, ἄστρον δέ τι πρὸς ἄρκτον ἔστω τὸ Κ· λέγω δὴ ὅτι τὸ Κ ἄστρον ἑκάστης νυκτὸς ὁρᾶται.

Κείσθω γὰρ τῇ ΖΗ ἴση ἡ ΛΝ, τῇ δὲ ΖΘ ἴση ἡ ΜΞ· ἔσται δὴ καὶ ἡ ΜΞ τῇ ΛΝ ἴση (ἐπεὶ καὶ ἡ ΖΘ τῇ ΖΗ διὰ τὸ ὑποκεῖσθαι τὰ ἄστρα ἐν ἴσῳ χρόνῳ ἐκφεύγειν τὰς τοῦ ἡλίου αὐγάς). καὶ ἐπεὶ κατὰ διάμετρόν ἐστι τὸ Η τῷ Λ, καὶ ἔστι τοῦ Η ἄστρου ἡ

(να) Ἐν ὅσῳ γὰρ ὁ ἥλιος ἔρχεται ἐπ' αὐτό, ἅμα δύνουσιν· ὥστε εἶναι τοῦ Θ ἑσπερίαν ἀληθινὴν δύσιν· πρὶν ἄρα ἐπ' αὐτὸ ἔλθῃ ἀπέχων αὐτοῦ ιε' μοίρας ὑπὸ γῆν, τοῦ παντὸς ἀγαγόντος αὐτά, ἐσχάτως ἐφαίνετο τὸ Θ δῦνον.

---

1) Conf. σχόλιον ν et in appendice 23.

2) Conf. σχόλιον να et in appendice 24.

3) In circulorum notis εκηολ δκθπμ ordinem litterarum in codicibus traditum invertimus ac praeterea, ut paulo post semicirculos recte appellare possemus, ο et π addidimus.

4) In codicum scripturis $\overline{\text{εηλ}}$ et paulo pot $\overline{\text{δθμ}}$ litterae λ et μ non recte se habent. Nam cum utique semicirculi ab ε et δ incipientes notandi essent, aut litterae propriae ο et π — id quod nos fecimus — ponendae erant pro λ et μ (hae enim sunt ultra semicirculos ab ε et δ versus κ tendentes), aut scribenda erant τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ Ε ἡμικύκλιον ὡς ἐπὶ τὰ Η Λ μέρη et τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ Δ ἡμικύκλιον ὡς ἐπὶ τὰ Θ Μ μέρη. Iidem semicirculi paulo post (p. 86, 7. 8) in Graecis codicibus $\overline{\text{ηε}}$ et $\overline{\text{θδ}}$ notati sunt.

5) Partes orientales sint α et γ, occidentales autem α et β. AURIA in marg. p. 24.

occupetur [id est, ut astri η sit ortus matutinus apparens[1]), astri autem ϑ occasus vespertinus apparens[2])], et per η ϑ maximi circuli $\varepsilon\varkappa\eta o\lambda$ $\delta\varkappa\vartheta\pi\mu$[3]), tangentes circulum $\alpha\delta\varepsilon$, *ita* describantur, ut ne semicirculus $\varepsilon\eta o$[4]) concurrat cum eo qui ab α versus γ tendit, neve semicirculus $\delta\vartheta\pi$ cum eo qui ab α versus β tendit[5]), id est, ut semicirculus $\varepsilon\eta o$ congruat ad ortum, semicirculus autem $\delta\vartheta\pi$ ad occasum, denique astrum aliquod versus septentriones sit $\varkappa$; iam dico astrum $\varkappa$ omnibus noctibus conspici.



Ponatur enim arcus $\lambda\nu$ ipsi $\zeta\eta$, arcus autem $\mu\xi$ ipsi $\zeta\vartheta$ aequalis[6]); erunt igitur etiam $\mu\xi$ $\lambda\nu$ inter se aequales, quoniam item $\zeta\vartheta$ $\zeta\eta$ inter se aequales sunt propterea, quod suppositum est astra aequali tempore solis radios effugere[7]). Et quia astra η λ iuxta diametrum sibi opposita sunt[8]), et, cum sol est

6) Theodos. sphaer. 2, 13 citat Auria in marg. p. 24.
7) 'Vide Schol. in margine positum in 4. huius' (in nostra editione p. 65 adnot. 3). AURIA ibidem.
8) Theodos. sphaer. 1, 11; scilicet uterque circulorum $\beta\eta\gamma\lambda$ $\varepsilon\eta\lambda$ maximus est. Praeterea etiam Theodos. sphaer. 2, 9 Auria citat in marg. p. 24.

ἑῴα φαινομένη ἐπιτολὴ τοῦ ἡλίου ὄντος πρὸς τῷ Ζ,
(νβ) *ἔσται ἄρα τοῦ Η ἄστρου ἡ ἑσπερία φαινομένη ἐπιτολὴ τοῦ ἡλίου ὄντος πρὸς τῷ Ν διὰ τὸ ἴσην εἶναι τὴν ΖΗ περιφέρειαν τῇ ΛΝ περιφερείᾳ. καὶ ἔσται ὁ χρόνος ἐν ᾧ ὁ ἥλιος τὴν ΖΓΝ περιφέρειαν διαπορεύεται τῷ Η ἄστρῳ ἀπὸ ἑῴας φαινομένης ἐπιτολῆς ἐπὶ τὴν ἑσπερίαν φαινομένην ἐπιτολήν. πάλιν ἐπεὶ τὸ Θ τῷ Μ κατὰ διάμετρόν ἐστιν καὶ ἔστιν ἴση ἡ ΖΘ περιφέρεια τῇ ΜΞ περιφερείᾳ, καὶ ἔστι τοῦ Θ ἄστρου ἡ ἑσπερία φαινομένη δύσις τοῦ ἡλίου ὄντος πρὸς τῷ Ζ,*
(νγ) *ἔσται ἄρα τοῦ ἡλίου ὄντος πρὸς τῷ Ξ τοῦ Θ ἄστρου ἡ ἑῴα φαινομένη δύσις. καὶ ἔσται ὁ χρόνος ἐν ᾧ ὁ ἥλιος τὴν ΞΒΖ περιφέρειαν διαπορεύεται τῷ Θ ἄστρῳ ἀπὸ ἑῴας φαινομένης δύσεως ἐπὶ τὴν ἑσπερίαν φαινομένην δύσιν.*
(νδ) *ἀλλ' ἐπεὶ δέδεικται ὅτι ἕκαστον τῶν ἀπλανῶν ἄστρων ἀπὸ ἑῴας φαινομένης ἐπιτολῆς ἑκάστης νυκτὸς ὁρᾶται ἀνατέλλον ἕως τῆς ἑσπερίας φαινομένης ἐπιτολῆς, τὸ Η ἄρα ἄστρον ἑκάστης νυκτὸς*

(νβ) *Ἐπειδὴ γὰρ τὰ ἐπὶ τοῦ τῶν ζῳδίων κύκλου κατὰ συζυγίαν ἀνατέλλει τε καὶ δύνει, τοῦ Η ἄρα ἀνατέλλοντος τὸ Λ δύνει, καὶ τοῦ ἡλίου ὄντος πρὸς τῷ Λ τοῦ Η ἐστὶν ἡ ἑσπερία ἀληθινὴ δύσις. πρότεραι δέ εἰσιν αἱ φαινόμεναι τῶν ἀληθινῶν· τοῦ ἄρα ἡλίου πρὸς τῷ Ν γενομένου (προηγεῖται γὰρ τὸ Ν τοῦ Λ) ἔσται ἡ φαινομένη τοῦ Η ἑσπερία ἀνατολὴ ἐσχάτη.*

(νγ) *Πάλιν διὰ τὰ αὐτά, ἐπειδὴ τὰ ἐπὶ τοῦ τῶν ζῳδίων κύκλου κατὰ συζυγίαν ἀνατέλλει τε καὶ δύνει, τοῦ Θ ἄρα δύνοντος τὸ Μ ἀνατέλλει. καὶ τοῦ ἡλίου ὄντος πρὸς τῷ Μ ἔσται τοῦ Θ ἄστρου ἡ ἑῴα ἀληθινὴ δύσις. ὕστεραι δέ εἰσιν αἱ φαινόμεναι τῶν ἀληθινῶν· τοῦ ἡλίου ἄρα ὄντος πρὸς τῷ Ξ ἔσται ἡ φαινομένη ἑῴα δύσις πρώτως τοῦ Η· ὕστερον γάρ ἐστι τὸ Ξ τοῦ Μ.*

(νδ) *Διὰ τὸ β'.*

---

1) Ut positum est. AURIA in marg. p. 24.
2) Conf. *σχόλιον νβ* et in appendice 25.

ad ζ, astrum η matutinum ortum apparentem facit[1]), eiusdem igitur astri vespertinus ortus apparens erit, cum sol erit ad ν[2]), quia arcus $\zeta\eta$ ipsi $\lambda\nu$ aequalis est[3]). Et quo tempore sol arcum $\zeta\gamma\nu$ percurret, eo astrum η a matutino ortu apparente ad vespertinum ortum apparentem perveniet. Rursus quia ϑ μ iuxta diametrum sibi opposita[4]), et arcus $\zeta\vartheta$ $\mu\xi$ inter se aequales sunt[5]), et, cum sol est ad ζ, astrum ϑ vespertinum occasum apparentem facit[6]), eiusdem igitur erit matutinus occasus apparens, cum sol erit ad ξ[7]). Et quo tempore sol arcum $\xi\beta\zeta$ percurret, eo astrum



ϑ a matutino occasu apparente ad vespertinum occasum apparentem perveniet. Sed quia demonstravimus unumquodque astrum fixum omnibus noctibus, quae sunt a matutino ortu apparente ad vespertinum ortum apparentem, oriens conspici[8]), astrum igitur η

---

3) Ut ponitur. AURIA in marg. p. 24.
4) Conf. supra p. 87 adn. 8. Theodos. sphaer. 2, 9 et 1, 11 in marg. p. 25 citat Auria.
5) Theodos. sphaer. 2, 13 citat idem.
6) Ut positum est. AURIA ibidem.
7) Conf. σχόλιον νγ et in appendice 26.
8) Autol. propos. 2 huius (conf. σχόλιον νδ).

ὁρᾶται ἀνατέλλον τοῦ ἡλίου διαπορευομένου τὴν ΖΓΝ
(νε) περιφέρειαν. τὸ δὲ Η τῷ Κ συνανατέλλει· ⟨καὶ⟩ τὸ
Κ ἄρα ὁραθήσεται ἑκάστης νυκτὸς ἀνατέλλον τοῦ
ἡλίου τὴν ΖΓΝ περιφέρειαν διαπορευομένου. πάλιν
ἐπεὶ ἕκαστον τῶν ἀπλανῶν ἄστρων ἀπὸ ἑῴας φαινο-
μένης δύσεως ἑκάστης νυκτὸς ὁρᾶται δῦνον ἕως τῆς
ἑσπερίας φαινομένης δύσεως, τοῦ ἄρα ἡλίου διαπο-
ρευομένου τὴν ΞΒΖ περιφέρειαν φανήσεται τὸ Θ
ἄστρον δῦνον. τὸ δὲ Θ ἄστρον τῷ Κ συνδύνει· καὶ
τὸ Κ ἄρα φανήσεται δῦνον τοῦ ἡλίου διαπορευομένου
τὴν ΞΒΖ περιφέρειαν· φανήσεται ἄρα τὸ Κ ἄστρον
ἑκάστης νυκτὸς δῦνον μέν, ὅταν τὴν ΞΒΖ περιφέρειαν
διαπορεύηται ὁ ἥλιος, ἀνατέλλον δέ, ὅταν τὴν ΖΓΝ
περιφέρειαν.

Καὶ φανερὸν ὅτι τὸ Κ ἄστρον καὶ δῦνον καὶ ἀνα-
τέλλον φανήσεται τοῦ ἡλίου τὴν ΞΒΖΓΝ περιφέρειαν
διαπορευομένου (δέδεικται γὰρ τοῦτο)· λέγω δὴ ὅτι
τοῦ ἡλίου διαπορευομένου καὶ τὴν ΝΜΞ περιφέρειαν
(νς) τὸ Κ ἄστρον ἑκάστης νυκτὸς ὁραθήσεται.

(νζ) Ὑποκείσθω γὰρ [ὥστε] ἴσην εἶναι τὴν ΒΗ τῇ ΓΘ·

(νε) Διὰ τὸ τὰς περιφερείας, ἃς διέρχεται μεταξὺ τῶν ἀσυμπτώτων ἡμικυκλίων, ὁμοίας οὔσας ἐν ἴσῳ χρόνῳ διιέναι.

(νς) Ἁπλῶς ὁραθήσεται, οὐχὶ ἢ δῦνον ἢ ἀνατέλλον.

(νζ) Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῷ νυχθημέρῳ πᾶσαν θέσιν ἕξει ὁ ζῳδιακός, ἐχέτω τοιαύτην θέσιν ὥστε τὸ μὲν Ζ μετὰ τὴν διχοτομίαν εἶναι τοῦ ΒΖΓ τμήματος, τὰ δὲ Β Γ ἐπὶ τοῦ ὁρίζοντος· ὅτε γὰρ τὸ Ζ ἐγγυτέρω γίνεται τοῦ ὁρίζοντος, οὐκέτι ἔχει τὴν αὐτὴν θέσιν ὁ ζῳδιακὸς ὥστε ἴσην εἶναι τὴν ΒΖ τῇ ΖΓ.

---

1) Conf. σχόλ. νε (in appendice 27) et praefat. ad p. 90, 2.
2) Autol. propos. 3 huius.
3) In Scho. 5 in hanc prop. patet hoc. AURIA in marg. p. 25. Quintum Auriae scholium in nostra editione est 27.

omnibus noctibus, dum sol arcum $\zeta\gamma\nu$ percurrit, oriens conspicitur. Simul autem cum η oritur $\varkappa$[1]); ergo *etiam* astrum $\varkappa$, dum sol arcum $\zeta\gamma\nu$ percurrit, omnibus noctibus oriens conspicietur. Rursus quia unumquodque astrum fixum omnibus noctibus, quae sunt a matutino occasu apparente ad vespertinum occasum apparentem occidens conspicitur[2]), astrum igitur ϑ, dum sol arcum $\xi\beta\zeta$ percurret, occidens apparebit. Simul autem cum ϑ astro occidit $\varkappa$[3]); ergo etiam $\varkappa$, dum sol arcum $\xi\beta\zeta$ percurret, occidens apparebit; ergo astrum $\varkappa$ omnibus noctibus occidens quidem, dum sol arcum $\xi\beta\zeta$ percurret, oriens autem, dum arcum $\zeta\gamma\nu$, apparebit.



Sic igitur manifestum est astrum $\varkappa$ et occidens et oriens appariturum esse, dum sol circumferentiam $\xi\beta\zeta\gamma\nu$ percurrit (hoc enim *statim* demonstravimus); iam dico illo etiam tempore, quo sol arcum $\nu\mu\xi$ percurret, astrum $\varkappa$ omnibus noctibus conspectum iri[4]).

Supponatur enim arcum $\beta\eta$ ipsi $\gamma\vartheta$ aequalem

4) Simpliciter videbitur: non autem vel oriri vel occidere. AURIA ibidem (conf. σχόλ. νς).

(νη) ἴση ἄρα καὶ ἡ ΓΛ τῇ ΒΜ· ὥστε καὶ ἡ ΓΝ τῇ ΒΞ (νθ) ἴση ἐστίν. καὶ ἔστιν ἑκατέρα τῶν ΒΞ ΓΝ μείζων (ξ) ἑκατέρας τῶν ΗΖ ΖΘ, τὰς δὲ μείζους περιφερείας ἀπέχοντος τοῦ ἡλίου ὑπὸ τὸν ὁρίζοντα ἐκφεύγει τα (ξα) ἄστρα τὰς τοῦ ἡλίου αὐγάς, ὥστε τοῦ ἡλίου, ὡς νῦν ἔχει ὁ τῶν ζῳδίων κύκλος θέσεως, διαπορευομένου τὴν ΝΜΞ περιφέρειαν πάντα τὰ ἄστρα φαίνεται τὰ ἐπὶ τῆς ΒΖΓ περιφερείας· καὶ τὶ Κ ἄρα φανήσεται· τὸ ἄρα Κ ἑκάστης νυκτὸς ὁραθήσεται.

Ὅτι δὲ ἑκατέρα τῶν ΒΞ ΓΝ ἑκατέρας τῶν ΗΖ ΖΘ μείζων ἐστί, φανερόν. ἑκατέρα γὰρ τῶν ΗΖ ΖΘ ἀνὰ ἥμισύ ἐστιν ζῳδίου (τούτῳ γὰρ ἐχρησάμεθα καὶ ἐν τῷ περὶ οἰκήσεων)· ἡ ΗΘ ἄρα ζῳδίου ἐστίν, ὥστε (ξβ) καὶ ἡ ΛΜ· η ἄρα ΝΜΞ δύο ζῳδίων ἐστί· λοιπὴ ἄρα

(νη) Ἐπεὶ γὰρ ἡμικυκλίου ἡ ΗΜΛ, ἡμικυκλίου δὲ καὶ ἡ ΘΛΜ, ἴση ἄρα ἡ ΗΜΛ τῇ ΘΛΜ. κοινὴ ἀφῃρήσθω ἡ ΜΛ· λοιπὴ ἄρα ἡ ΗΜ λοιπῇ τῇ ΘΛ ἴση ἐστίν· ὧν ἡ ΗΒ τῇ ΘΓ ἴση ἐστί * * * λοιπὴ ἄρα ἡ ΒΞ λοιπῇ τῇ ΓΝ ἴση ἐστίν.

(νθ) Ὡς δείξει.

(ξ) Τουτέστι τὰς μείζους ἡμίσους ζῳδίου, ὅ ἐστι τῶν ιε΄ μορίων, ἐπειδὴ ὑπόκειται, ιε΄ μοίρας ἀπέχοντος τοῦ ἡλίου ἀπὸ τοῦ ὁρίζοντος ὑπὸ γῆν, τὸ ἄστρον ποιεῖσθαι φάσιν. τούτου οὖν τὰς μείζους ἀπέχοντος τοῦ ἡλίου ὑπὸ γῆν ἀπὸ τοῦ ὁρίζοντος, πολλῷ πλέον ὁραθήσεται τὰ ἄστρα· εἰ γὰρ τὰς ΗΖ ΖΘ ὑπὸ γῆν οὔσας ἀπέχοντος τοῦ ἡλίου τὰ ἄστρα ἐφαίνετο, πολλῷ πλέον τὰς μείζους αὐτῶν ὑπὸ γῆν οὔσας ἀπέχοντος φαίνεται.

(ξα) Εἰ γὰρ τὴν ΓΝ ὑπὸ γῆν οὖσαν διαπορευομένου ἐφαίνετο τὰ ἄστρα, καὶ τὴν ΝΜΞ ἄρα ὑπὸ γῆν οὖσαν διαπορευομένου πάντα φαίνεται· ἐφαίνετο γὰρ καὶ τὴν ΞΒ διαπορευομένου.

(ξβ) Ἐπεὶ γὰρ ἡμικυκλίου ἡ ΘΒΜ, ἡμικυκλίου δὲ καὶ ἡ ΗΜΛ, ἴση ἄρα ἡ ΘΒΜ τῇ ΗΜΛ. κοινὴ ἀφῃρήσθω ἡ ΗΜ· λοιπὴ ἄρα ἡ ΗΘ λοιπῇ τῇ ΜΛ ἴση.

1) Conf. *σχόλιον νζ* et in appendice 28.
2) Conf. *σχόλιον νη* et in appendice 29.
3) Ut ostendetur inferius. AURIA in marg. p. 26 (conf. *σχόλιον νθ*).

esse[1]); ergo arcus $\gamma\lambda$ ipsi $\beta\mu$ aequalis, itaque etiam $\gamma\nu$ ipsi $\beta\xi$ aequalis est[2]). Et est $\beta\xi$ maior quam $\eta\zeta$, et $\gamma\nu$ maior quam $\zeta\vartheta$[3]), quo autem maiorem circumferentiam sol sub horizonte distat, eo magis astra radios eius effugiunt[4]); itaque, qualis nunc est positio circuli zodiaci, dum sol circumferentiam $\nu\mu\xi$ percurrit, omnia astra, quae sunt in circumferentia $\beta\zeta\gamma$, apparent[5]); ergo etiam astrum $\varkappa$ apparebit; ergo astrum $\varkappa$ omnibus noctibus conspicietur.



Sed arcum $\beta\xi$ maiorem esse quam $\eta\zeta$, et $\gamma\nu$ maiorem quam $\zeta\vartheta$, apparet. Nam uterque arcuum $\eta\zeta$ $\zeta\vartheta$ dimidia pars *eius circumferentiae* est, *quam unum zodiaci* signum *obtinet*[6]) — hoc enim *lemmate* etiam in libro de habitationibus usi sumus[7]) — ergo arcus $\eta\vartheta$ unum signum obtinet[8]); itaque etiam arcus $\lambda\mu$[9]); ergo arcus $\nu\mu\xi$ duo signa obtinet[10]); ergo arcuum,

4) Conf. σχόλιον ξ et in appendice 30.
5) Conf. σχόλιον ξα et in appendice 31.
6) 'grad. 15.' AURIA in marg. p. 26.
7) Prop. 10. 11. 12. Theodosii. AURIA ibidem.
8) 'grad. 30.' IDEM.
9) Est enim ipsi $\eta\vartheta$ aequalis. IDEM.
10) 'grad. 60.' IDEM. Praeterea conf. σχόλιον ξβ et in appendice 32.

ἑκατέρα τῶν ΗΞ ΘΝ ἀνὰ τεσσάρων ἡμίσους ζῳδίων ἐστίν. ὧν ἑκατέρα τῶν ΒΗ ΘΓ ἀνὰ δύο ἥμισυ ζῳδίων ἐστίν· λοιπὴ ἄρα ἑκατέρα τῶν ΒΞ ΓΝ ἀνὰ δύο ζῳδίων ἐστίν· ὥστε ἑκατέρα τῶν ΒΞ ΓΝ ἑκατέρας τῶν ΗΖ ΖΘ μείζων ἐστίν.

(ξγ) ια΄. Οὐθὲν τῶν ἐπὶ τοῦ τῶν ζῳδίων κύκλου ἄστρων ὀφθήσεται φερόμενον ὅλον τὸ φανερὸν ἡμισφαίριον οὐδὲ τῶν βορειοτέρων, ὅσα δὲ πρὸς μεσημβρίαν οὐ παντάπασιν πλησίον ἐστὶ τοῦ τῶν ζῳδίων κύκλου, ἐνδέχεται ὀφθῆναι φερόμενα ὅλον τὸ φανερὸν ἡμισφαίριον.

Ἔστω ἐν κόσμῳ ὁρίζων ὁ ΑΒΓΔ, ζῳδιακὸς δὲ ὁ ΔΒΕ, ἄστρα δέ τινα πρὸς ἀνατολὰς τὰ Α Δ Γ, τὸ μὲν Δ ἐπὶ τοῦ τῶν ζῳδίων κύκλου, τὸ δὲ Α πρὸς ἄρκτους, τὸ δὲ Γ πρὸς μεσημβρίαν· λέγω ὅτι οὔτε τὸ Δ ὀφθήσεται φερόμενον ὅλον τὸ φανερὸν ἡμισφαίριον, οὔτε τὸ Α, τινὰ δὲ τῶν πρὸς μεσημβρίαν, ὡς τὸ Γ, ἐνδέχεται ὀφθῆναι φερόμενα ὅλον τὸ φανερὸν ἡμισφαίριον.

(ξγ) Τουτέστιν ἐν μιᾷ νυκτὶ οὐδὲν τῶν ἄστρων ὀφθήσεται καὶ ἀνατέλλον καὶ δῦνον, τουτέστι καὶ ἑσπέριον ἐπιτέλλον καὶ ἑῷον δῦνον. πότε δὲ ὀφθήσεται ἐν μιᾷ νυκτὶ καὶ ἀνατέλλον καὶ δῦνον, ἐρεῖ ἐν τῷ β΄.

---

1) Scilicet uterque arcuum βξ γν $4\frac{1}{2}-2\frac{1}{2}$, id est duo signa, uterque autem arcuum ηζ ζϑ dimidium signum obtinet. Auria locum sic interpretatur et in margine haec addit quae nos inter uncinos adscribimus: 'et reliquarum igitur circumferentiarum, altera scilicet ηξ et altera ϑν, quattuor dimidia signorum compraehendit: quarum altera βη et ϑγ duo habet signorum dimidia (utraque grad. 30): reliquarum igitur altera, scilicet βξ, et altera γν simul duo signa continet (utraque simul grad. 60). Quare βξ et γν utraque, utraque et ηζ et ζϑ maior est.'

qui restant, $\eta\xi$ $\vartheta\nu$ uterque quattuor signa et dimidium obtinet. Sed uterque arcuum $\beta\eta$ $\vartheta\gamma$ duo signa et dimidium obtinet; ergo arcuum, qui restant, $\beta\xi$ $\gamma\nu$ uterque maior est quam $\eta\zeta$ $\zeta\vartheta$[1]).

XI. Nullum eorum astrorum, quae in circulo zodiaco aut propius ad septentriones sunt, per totum conspicuum hemisphaerium ferri videtur[2]), quae autem *astra* versus meridiem nec plane propinqua circulo zodiaco sunt, fieri potest ut per totum conspicuum hemisphaerium ferri videantur. Prop. 11

Sit in mundo horizon $\alpha\beta\gamma\delta$, zodiacus autem $\delta\beta\varepsilon$, astra autem quaedam versus orientem sint α δ γ[3]), et δ quidem in circulo zodiaco, α autem versus septentriones, denique γ versus meridiem; dico neque δ astrum neque α per totum conspicuum hemisphaerium ferri videri, quaedam autem eorum, quae sunt versus meridiem, velut γ, fieri posse ut ferri videantur per totum conspicuum hemisphaerium.



2) Conf. σχόλιον ξγ et in appendice 33.

FIGURAM secundum verba scriptoris delineavimus; in codicibus ACE praeter horizontem $\alpha\delta\gamma\beta$ nihil exstat nisi zodiacus $\alpha\delta\varepsilon$ et arcus $\gamma\eta$ paralleli circuli, per quem γ fertur; sed $\gamma\eta$ quidem circumferentia multo maior apparet, quam ut ἐλάσσων ἢ ὁμοία τῆς δοθείσης περιφερείας cet. (p. 96, 18) dici possit.

3) Orientales partes sint α δ, occidentales β η. AURIA in marg. p. 30.

Ἔστω γὰρ ὑπὸ γῆν τὸ ΔΕΒ ἡμικύκλιον, καὶ φαινέσθω τὰ Α Δ Γ ἀνατέλλοντα τοῦ ἡλίου ὄντος πρὸς τῷ Ε. ἐπεὶ οὖν τὰ ἐπὶ τοῦ ζῳδιακοῦ ἄστρα κατὰ διάμετρον ὄντα κατὰ συζυγίαν ἀνατέλλει καὶ δύνει, τοῦ ἄρα Δ δύνοντος τὸ κατὰ διάμετρον αὐτῷ τὸ Β ἀνατέλλει, καὶ τὸ ΔΕΒ ἡμικύκλιον ἐν τῷ ὑπὲρ γῆν ἔσται· ἡμέρας ἄρα δύνει τὸ Δ ἄστρον· οὐκ ἄρα τὸ Δ ἄστρον ὀφθήσεται φερόμενον ὅλον τὸ φανερὸν ἡμι-(ξδ) σφαίριον. καὶ ἐπεὶ τὰ Α Δ ὁμοῦ ἀνατέλλει καὶ ἔστι τὸ Α πρὸς ἄρκτους, ὕστερον ἄρα δύνει τὸ Α τοῦ Δ. ἡμέρας δὲ δύνει τὸ Δ· καὶ τὸ Α ἄρα ἡμέρας δύσεται· ὥστε τὸ Α οὐκ ὀφθήσεται φερόμενον ὅλον τὸ φανερὸν ἡμισφαίριον. πάλιν ἐπεὶ τὰ Γ Δ ὁμοῦ ἀνατέλλει, τὸ Δ ἄρα τοῦ Γ ὕστερον δύνει· ὥστε ἐνδέχεταί τινα ἄστρα πρὸς μεσημβρίαν ληφθῆναι ὥστε φανῆναι αὐτὰ (ξε) φερόμενα ὅλον τὸ φανερὸν ἡμισφαίριον· καὶ γὰρ ἐνδέχεταί τινα κύκλον γραφῆναι ὡς τὸν ΓΗ, καὶ τὴν ΓΗ ὑπὲρ γῆν αὐτοῦ οὖσαν περιφέρειαν ἐλάσσονα εἶναι ἢ ὁμοίαν τῆς δοθείσης περιφερείας τοῦ παραλλήλου καθ' οὗ φέρεται ὁ ἥλιος ἐν ᾧ ἡ ΕΔ περιφέρεια τοῦ ζῳδιακοῦ ἀνατέλλει.

(ξς) ιβ'. Τῶν ἄστρων οἷς ἀπὸ τῆς ἑῴας ἀληθινῆς ἐπιτολῆς ἑῴα ἀληθινὴ δύσις γίγνεται δι' ἐλάσσονος χρόνου ἡμίσους ἐνιαυτοῦ, ᾧ ἐλάσσων ἐστὶν ὁ χρόνος ἡμίσους ἐνιαυτοῦ, τοῦτον τὸν χρόνον τὸ ἄστρον καὶ

(ξδ) Διὰ τοῦ θ' τοῦ περὶ κινουμένης σφαίρας.

(ξε) Τοῦ γὰρ ἡλίου ὑπὸ γῆν ὄντος κατὰ μείζονος τῆς ΔΕ περιφερείας, ἐλάττονος δὲ αὐτῆς τῆς ΓΗ, ἐν ὅσῳ τὸ πᾶν ἄγει τὴν ΕΔ περιφέρειαν ὑπὸ γῆν οὖσαν, ἡ ΓΗ φαίνεται διερχομένη, ὡς ἐν ἐλάττονι χρόνῳ πρὸ τοῦ τὸν ἥλιον ἀνατεῖλαι διιοῦσα τὸ φανερὸν ἡμισφαίριον.

(ξς) Ὡς ἐν τῷ ιδ' θεωρήματι περὶ τῶν φαινομένων.

Sit enim semicirculus $\delta\varepsilon\beta$ sub terra, et astra α δ γ oriri videantur, cum sol est ad ε. Iam quia astra in zodiaco iuxta diametrum opposita coniugate oriuntur et occidunt[1]), astro igitur δ occidente oppositum ei astrum β oritur, et semicirculus $\delta\varepsilon\beta$ super terram erit; ergo astrum δ interdiu occidit, itaque non per totum conspicuum hemisphaerium ferri videbitur. Et quia astra α δ simul oriuntur, et astrum α versus septentriones est, posterius igitur α quam δ occidit[2]). Sed interdiu δ occidit; ergo etiam α interdiu occidet; itaque α non per totum conspicuum hemisphaerium ferri videbitur. Rursus quia astra γ δ simul oriuntur, δ igitur posterius quam γ occidit[2]); ergo astra quaedam versus meridiem sumi possunt, quae per totum conspicuum hemisphaerium ferri videantur; namque etiam circulus, velut $\gamma\eta$, describi potest, cuius circumferentia $\gamma\eta$, quae sit super terram, minor sit quam similis datae circumferentiae eius *circuli* paralleli, per quem sol fertur, dum zodiaci circumferentia $\varepsilon\delta$ oritur[3]).



XII. Si quae astra ab ortu vero matutino occasum verum matutinum minore quam dimidii anni spatio intermisso faciunt, haec eo tempore, quod de dimidio Prop. 12

1) Eucl. phaenom. 6.
2) Autol. de sphaera 9 (conf. σχόλιον ξδ).
3) Conf. σχόλιον ξε et in appendice 34.

δύσεται καὶ ἀνατελεῖ τοῦ ἡλίου ὄντος ἐν τῷ ὑπὸ γῆν, ἄλλον δὲ τούτῳ ἴσον χρόνον τὸ ἄστρον οὔτε δύσεται οὔτε ἀνατελεῖ τοῦ ἡλίου ὄντος ἐν τῷ ὑπὸ γῆν.

Ἔστω ἐν κόσμῳ ὁρίζων κύκλος ὁ *ΑΒΓΔ*, ὁ δὲ τοῦ ἡλίου κύκλος θέσιν ἐχέτω ὡς τὴν *ΑΕΓΖ*, καί, τοῦ ἡλίου ἀνατέλλοντος κατὰ τὸ *Α*, ἄστρον τι πρὸς μεσημβρίαν ἀνατελλέτω τὸ *Δ*· τῷ ἄρα *Δ* ἄστρῳ ἡ ἀπὸ ἑῴας ἀληθινῆς ἐπιτολῆς ἑῴα ἀληθινὴ δύσις γίγνεται δι' ἐλάσσονος χρόνου ἡμίσους ἐνιαυτοῦ· λέγω δὴ ὅτι, ᾧ ἐλάσσων ἐστὶν ὁ χρόνος ἡμίσους ἐνιαυτοῦ, τοῦτον τὸν χρόνον τὸ *Δ* ἄστρον καὶ δύσεται καὶ ἀνατελεῖ τοῦ ἡλίου ὄντος ἐν τῷ ὑπὸ γῆν, ἄλλον δὲ τούτῳ ἴσον χρόνον τὸ *Δ* ἄστρον οὔτε δύσεται οὔτε ἀνατελεῖ τοῦ ἡλίου ὄντος ἐν τῷ ὑπὸ γῆν.

(ξζ) Ἔστω γὰρ τῷ *Δ* ἄστρῳ ἡ ἀληθινὴ ἑῴα δύσις τοῦ ἡλίου ὄντος πρὸς τῷ *Ε*· ὁ ἄρα χρόνος ἐν ᾧ ὁ ἥλιος τὴν *ΑΕ* περιφέρειαν διαπορεύεται ἀπὸ ἑῴας ἀληθινῆς ἐπιτολῆς ἐστι χρόνος μέχρις ἑῴας ἀληθινῆς δύσεως τοῦ *Δ* ἄστρου· ᾧ ἄρα ἐλάσσων ἐστὶν ὁ χρόνος ἡμίσους ἐνιαυτοῦ, ὁ χρόνος ἐστὶν ἐν ᾧ ὁ ἥλιος τὴν *ΓΕ* περιφέρειαν διαπορεύεται. καὶ ἐπεὶ τοῦ *Δ* ἄστρου ἀνατέλλοντος κατὰ τὸ *Δ* αἰεὶ ὁ τῶν ζῳδίων κύκλος

(ξζ) Τοῦ μὲν γὰρ *Α* δύνοντος ὁ ζῳδιακὸς τὴν ἔμπαλιν θέσιν ἕξει, καὶ τὸ *ΑΕΓ* ἡμικύκλιον ὑπὲρ γῆν ἔσται. ἐπειδὴ δὲ τὸ *Δ* προδύνει τοῦ *Α* διὰ τὸ θ' τοῦ περὶ κινουμένης σφαίρας, τοῦ ἄρα *Δ* δύνοντος τὸ συνανατέλλον αὐτῷ ἐν τῷ ὑπὲρ γῆν ἔσται ἡμικυκλίῳ, τουτέστιν ἐπὶ τοῦ *ΑΕΓ*, οἷον τὸ *Ε*· τοῦ ἄρα ἡλίου πρὸς τῷ *Ε* ὄντος, τοῦ *Δ* ἐστὶν ἡ ἀληθινὴ ἑῴα δύσις.

anno deest, et occident et orientur, dum sol erit in *hemisphaerio* quod sub terra est, altero autem aequali tempore neque occident neque orientur, dum sol erit in eodem sub terra *hemisphaerio.*

Sit in mundo circulus horizon $\alpha\beta\gamma\delta$, solis autem circulus positionem habeat velut $\alpha\varepsilon\gamma\zeta$, et sole in α oriente astrum aliquod δ versus meridiem *situm* oriatur; ergo astrum δ ab ortu vero matutino occasum verum matutinum facit minore quam dimidii anni spatio intermisso[1]); iam dico eo tempore, quod de dimidio anno deest, astrum δ et occasurum et oriturum esse, dum sol erit in *hemisphaerio* quod sub terra est, altero autem aequali tempore astrum δ neque occasurum neque oriturum esse, dum sol erit in eodem sub terra *hemisphaerio.*

Sit enim astri δ verus occasus matutinus, cum sol est ad ε[2]). Quo igitur tempore sol arcum $\alpha\varepsilon$ percurrit, eodem astrum δ ab ortu matutino vero ad occasum matutinum verum pervenit; tempus igitur, quod de dimidio anno deest, illud est, quo sol arcum $\varepsilon\gamma$ percurrit. Et quia, cum astrum δ in puncto δ oritur,

---

FIGURA similis exstat in codicibus ACE, et est aequalis illi quam ad propos. 5 p. 70 edidimus.

1) Ex hypothesi astri δ est ortus verus matutinus, cum sol ad α oritur; eiusdem autem astri, ut scholio $\xi\zeta$ demonstratur, occasus verus matutinus fit, cum sol est ad ε; ergo, dum sol arcum $\alpha\varepsilon$ percurrit, astrum δ ab ortu vero matutino ad occasum verum matutinum pervenit (conf. p. 98, 19—22). Et tempus, quo sol arcum $\alpha\varepsilon$ percurrit, minus est dimidio anno. Conf. similem demonstrationem in fine Graeci scholii $\xi\eta$ sive Latini 36. [Quod Auria in marg. p. 32 propositionem 11 huius libri citat, respexisse videtur verba *astrum aliquod δ versus meridiem situm,* sed tamen haec ab illa propos. aliena sunt.]

2) Conf. σχόλιον $\xi\zeta$ et in appendice 35.

θέσιν ἔχει τὴν αὐτήν, καὶ ἔσται τὸ μὲν ΑΕΓ ἡμικύκλιον ἐν τῷ ὑπὸ γῆν, τὸ δὲ λοιπὸν ἐν τῷ ὑπὲρ γῆν τὸ ΓΖΑ, καὶ τοίνυν, ὅταν τὸ Δ ἀνατέλλῃ καὶ ὁ ἥλιος τὴν ΑΕΓ περιφέρειαν διαπορεύηται, ἐν τῷ ὑπὸ γῆν αὐτὴν διελεύσεται· ὥστε καὶ τὴν ΓΕ· τοῦ ἄρα ἡλίου τὴν ΓΕ περιφέρειαν διαπορευομένου ἐν τῷ ὑπὸ γῆν, τὸ Δ ἄστρον ἀνατέλλει μέν, οὐ πάντως δὲ καὶ φανήσεται ἀνατέλλον. κείσθω δὴ τῇ ΕΓ περιφερείᾳ ἴση τε καὶ ἀπεναντίον ἡ ΑΖ, καὶ ἐπεὶ τοῦ Δ ἄστρου ἐστὶν ἡ ἑῴα ἀληθινὴ δύσις τοῦ ἡλίου ὄντος πρὸς τῷ Ε, δῆλον ὡς τοῦ Δ δύνοντος ὁ ἥλιος ἀνατέλλει κατὰ τὸ Ε καὶ ἔτι τὸ μὲν ΕΓΖ ἡμικύκλιον ἐν τῷ ὑπὸ γῆν ἔσται, τὸ δὲ λοιπὸν ἐν τῷ ὑπὲρ γῆν τὸ ΖΑΕ· καὶ τοίνυν, ὅταν τὸ Δ δύνῃ καὶ ὁ ἥλιος τὴν ΕΓΖ περιφέρειαν διαπορεύηται, ἐν τῷ ὑπὸ γῆν αὐτὴν διελεύσεται· ὥστε καὶ τὴν ΕΓ· τοῦ ἄρα ἡλίου τὴν ΕΓ περιφέρειαν διαπορευομένου ἐν τῷ ὑπὸ γῆν, τὸ Δ ἄστρον δύνει. ἐδείχθη δὲ καί, τοῦ ἡλίου τὴν ΕΓ περιφέρειαν διαπορευομένου ἐν τῷ ὑπὸ γῆν, τὸ Δ ἄστρον ἀνατέλλον· τοῦ ἄρα ἡλίου τὴν ΕΓ περιφέρειαν διαπορευομένου ἐν τῷ ὑπὸ γῆν, τὸ Δ ἄστρον καὶ δύσεται καὶ ἀνατελεῖ. λέγω δὴ ὅτι, τοῦ ἡλίου διαπορευομένου τὴν ΖΑ περιφέρειαν ὑπὸ γῆν, τὸ Δ ἄστρον οὔτε δύνει οὔτε ἀνατέλλει [τοῦ ἡλίου ὄντος ἐν τῷ ὑπὸ γῆν].

Ἐπεὶ γὰρ τοῦ Δ ἄστρου ἀνατέλλοντος τὸ μὲν ΑΕΓ ἡμικύκλιον ἐν τῷ ὑπὸ γῆν ἐστιν, τὸ δὲ ΓΖΑ ἐν τῷ ὑπὲρ γῆν, καὶ τοίνυν, ὅταν τὸ Δ ἀνατέλλῃ καὶ ὁ ἥλιος τὴν ΓΖΑ περιφέρειαν διαπορεύηται, ἐν τῷ ὑπὲρ γῆν αὐτὴν διελεύσεται· ὥστε καὶ τὴν ΖΑ· τοῦ ἄρα ἡλίου τὴν ΖΑ περιφέρειαν ἐν τῷ ὑπὲρ γῆν διαπορευομένου, τὸ Δ ἄστρον ἀνατέλλει. πάλιν, ἐπεὶ τοῦ Δ δύνοντος

zodiacus circulus semper eandem positionem habet, et semicirculus $\alpha\varepsilon\gamma$ sub terra, reliquus autem $\gamma\zeta\alpha$ super terram erit, cum igitur δ orietur et sol semicirculum $\alpha\varepsilon\gamma$ percurret, hunc percurret in *hemisphaerio* quod sub terra est; itaque etiam arcum $\varepsilon\gamma$; ergo cum sol arcum $\varepsilon\gamma$ sub terra percurrit, astrum quidem δ oritur, nequaquam tamen etiam oriens conspicietur. Iam ponatur arcui $\varepsilon\gamma$ aequalis et oppositus arcus $\zeta\alpha$, et quia astri δ occasus verus matutinus est, cum sol est ad ε, apparet solem, cum astrum δ occidit, in puncto ε oriri, et semicirculum $\varepsilon\gamma\zeta$ sub terra, reliquum autem $\zeta\alpha\varepsilon$ super terram futurum esse; ergo etiam, cum astrum δ occidet et sol arcum $\varepsilon\gamma\zeta$ percurret, hunc percurret in *hemisphaerio* quod sub terra est; itaque etiam arcum $\varepsilon\gamma$; ergo, cum sol arcum $\varepsilon\gamma$ sub terra percurrit, astrum δ occidit. Sed demonstravimus etiam, cum sol arcum $\varepsilon\gamma$ sub terra percurrit, astrum δ oriri; ergo, cum sol arcum $\varepsilon\gamma$ sub terra percurret, astrum δ et occidet et orietur. Iam dico, cum sol arcum $\zeta\alpha$ sub terra percurrit, astrum δ neque occidere neque oriri.



Quoniam enim, cum astrum δ oritur, semicirculus $\alpha\varepsilon\gamma$ in *hemisphaerio* sub terra, semicirculus autem $\gamma\zeta\alpha$ super terram est, cum igitur astrum δ orietur et sol arcum $\gamma\zeta\alpha$ percurret, hunc super terram percurret; itaque etiam arcum $\zeta\alpha$; ergo, cum sol arcum $\zeta\alpha$ super terram percurrit, astrum δ oritur. Rursus, quia astro δ occidente semicirculus $\zeta\alpha\varepsilon$ in *hemisphaerio* super

τὸ μὲν ΖΑΕ ἡμικύκλιον ἐν τῷ ὑπὲρ γῆν ἐστιν τὸ δὲ ΕΓΖ ἐν τῷ ὑπὸ γῆν, καὶ τοίνυν, ὅταν τὸ Δ δύνῃ καὶ ὁ ἥλιος τὴν ΖΑΕ περιφέρειαν διαπορεύηται, ἐν τῷ ὑπὲρ γῆν αὐτὴν διελεύσεται· ὥστε καὶ τὴν ΖΑ· τοῦ ἄρα ἡλίου τὴν ΖΑ διαπορευομένου ἐν τῷ ὑπὲρ γῆν, τὸ Δ ἄστρον καὶ δύσεται καὶ ἀνατελεῖ· ὥστε, τοῦ ἡλίου τὴν ΖΑ περιφέρειαν διαπορευομένου ἐν τῷ ὑπὸ γῆν, τὸ Δ ἄστρον οὔτε δύσεται οὔτε ἀνατελεῖ.

ιγ΄. Τῶν ἄστρων οἷς ἀπὸ τῆς ἑῴας ἀληθινῆς ἐπιτολῆς ἑῴα ἀληθινὴ δύσις γίγνεται διὰ πλείονος χρόνου ἡμίσους ἐνιαυτοῦ, ᾧ πλείων ἐστὶν ὁ χρόνος ἡμίσους ἐνιαυτοῦ, τοῦτον τὸν χρόνον τὸ ἄστρον οὔτε δύσεται οὔτε ἀνατελεῖ τοῦ ἡλίου ὄντος ἐν τῷ ὑπὸ γῆν, ἄλλον δὲ αὐτῷ ἴσον χρόνον καὶ δύσεται τὸ ἄστρον καὶ ἀνατελεῖ τοῦ ἡλίου ὄντος ἐν τῷ ὑπὸ γῆν.

Ἔστω ἐν κόσμῳ ὁρίζων ὁ ΑΒΓΔ, ὁ δὲ τοῦ ἡλίου κύκλος θέσιν ἐχέτω τὴν ΑΕΓΖ, ὑπὸ γῆν δὲ ἔστω τὸ ΑΕΓ ἡμικύκλιον, καὶ τοῦ ἡλίου ἀνατέλλοντος κατὰ τὸ Α ἄστρα τινὰ τῶν ἀπλανῶν ἀνατελλέτω τὰ Α Β Δ,
(ξη) καὶ ἔστω πρὸς ἄρκτους τὸ Β· τῷ Β ἄρα ἄστρῳ ἡ ἀπὸ ἑῴας ἀληθινῆς ἐπιτολῆς ἑῴα ἀληθινὴ δύσις γίγνεται διὰ πλείονος χρόνου ἡμίσους ἐνιαυτοῦ· λέγω δὴ ὅτι ᾧ πλείων ἐστὶν ὁ χρόνος ἡμίσους ἐνιαυτοῦ, τοῦτον τὸν χρόνον τὸ Β ἄστρον οὔτε δύσεται οὔτε ἀνατελεῖ

(ξη) Τοῦ μὲν γὰρ Α δύνοντος ὁ ζῳδιακὸς τὴν ἔμπαλιν θέσιν ἕξει, καὶ τὸ ΑΖΓ ἡμικύκλιον ὑπὸ γῆν ἔσται. ἐπειδὴ δὲ τὸ Β τοῦ Α ὕστερον δύνει διὰ τὸ θ΄ τοῦ περὶ κινουμένης σφαίρας, τὸ ἄρα συνανατέλλον αὐτῷ ἐν τῷ ὑπὸ γῆν ἔσται ἡμικυκλίῳ, ⟨τουτέστιν⟩ ἐν τῷ ΑΖΓ, οἷον τὸ Ζ· τοῦ ἄρα ἡλίου πρὸς τῷ Ζ ὄντος, τοῦ Β ἐστὶν ἡ ἑῴα ἀληθινὴ δύσις, ὥστε τοῦ ἡλίου τὴν ΑΓΖ περιφέρειαν διαπορευομένου, τοῦ Β ἄστρου ἐστὶν ἡ ἀπὸ ἑῴας ἀληθινῆς ἐπιτολῆς ἑῴα ἀληθινὴ δύσις, καὶ ἔστι μείζων ἡμίσους ἐνιαυτοῦ.

terram et semicirculus $\varepsilon\gamma\zeta$ sub terra est, cum igitur astrum δ occidet et sol arcum $\zeta\alpha\varepsilon$ percurret, hunc super terram percurret; itaque etiam arcum $\zeta\alpha$; ergo, cum sol arcum $\zeta\alpha$ super terram percurret, astrum δ et occidet et orietur; itaque, cum sol arcum $\zeta\alpha$ sub terra percurret, astrum δ neque occidet neque orietur.

Prop. 13

XIII. Si quae astra ab ortu vero matutino occasum verum matutinum maiore quam dimidii anni spatio intermisso faciunt, haec eo tempore, quod dimidium annum superat, neque occident neque orientur, dum sol erit in *hemisphaerio* quod sub terra est, altero autem aequali tempore et occident et orientur, dum sol erit in eodem sub terra *hemisphaerio.*

1 In definitiones pag. 49] Poetae ortum matutinum verum vocant ortum cosmicum: occasum matutinum verum appellant occasum cosmicum. Ortum autem vespertinum verum dicunt ortum chronicum: occasum vespertinum verum nominant occasum chronicum. Praeterea ortum matutinum apparentem nominant poetae ortum heliacum: occasum matutinum

1) Haec scholia in Auriae editione definitiones et singulas propositiones sequuntur. Ubi ad unum theorema plura scholia adscripta sunt, singula *primum, secundum* cet. numerantur ac praeterea litteris *A*, *B* cet. distinguuntur. Nos continuos numeros 1, 2 cet. apposuimus. Auriae contextum accurate repetivimus, nisi quod illius interpunctionem admodum impeditam passim emendavimus et pro litteris maiusculis, quibus ille omnes fere artis terminos, ut *Verus, Apparens, Ortus, Occasus, Cosmicus, Sol* cet. distinguit, minusculas posuimus, denique Graecas litteras geometricas pro Latinis, quae sunt apud Auriam, restituimus.

apparentem dicunt occasum heliacum. Ortum denique vespertinum apparentem appellant ortum heliacum: occasum vespertinum apparentem dicunt occasum heliacum [1]).

IN PROPOSITIONEM I PAG. 50,6] Hic auctor ostendit 2
ortum et occasum heliacum posteriorem esse ortu et occasu cosmico: praeterea ortum et occasum heliacum, qui ortus et occasus vespertinus apparens nominatur ab astronomis, priorem esse dicit ortu et occasu chronico.

PAG. 50,19: *Τοῦ μὲν οὖν ἡλίου ἀνατέλλοντος κατὰ* 3
τὸ Α, τὸ Δ ἄστρον οὐ φαίνεται ἀνατέλλον] Quoniam vero antecedentia puncta, quaecunque in circumferentia $\gamma\zeta\alpha$ acceperimus, prius oriuntur, et quoniam sol antecedit et ante punctum α, scilicet ante punctum δ, oritur (nam punctum δ cum puncto α simul oritur), semper igitur sol ante punctum δ oritur: quare δ punctum oriri nullo modo conspicitur.

PAG. 56, 5: *Ἔστω τὰ αὐτά· λέγω ὅτι οὐδὲ τὴν* 4
ΓΖΑ περιφέρειαν cet.] Quo enim tempore sol circumferentiam $\gamma\zeta\alpha$ perambulat, nequaquam δ punctum oritur, quoniam neque punctum α oritur, omnia siquidem puncta, quae sunt in circumferentia $\gamma\zeta\alpha$, ante

---

1) Sequuntur apud Auriam haec: *De hoc vero ortu et occasu astrorum inerrantium, videlicet cosmico, chronico et heliaco, quantum ad poetas attinet, legas licebit Io. de Sacro Bosco caput tertium de Sphaera, et in illud commentaria. Ptolemaeum quoque lib. VIII. capit. IIII. τῆς μεγάλης συντάξεως videre licebit, qui in universum viginti quattuor commemorat σχηματισμούς, id est aspectus astrorum inerrantium ad solem.* Quae cum ab ipso Auria composita esse appareat, etiam prior scholii pars, quae supra legitur, incertum est utrum e Graeco aliquo codice conversa, an ab ipso interprete adiecta sit. — De discernendis ortibus heliaco, cosmico, achronico (sic) pauca commemorat Rud. Wolf, *Geschichte der Astronomie,* p. 114 sq.

punctum *α* oriuntur, veluti quae antegrediantur: haec autem sol percurrit.

5 IN PROPOSITIONEM II PAG. 58, 1: *ἔστω δὴ τοῦ Δ ἄστρου ἡ φαινομένη ἑῴα ἐπιτολὴ τοῦ ἡλίου ὄντος πρὸς τῷ Ε*] Scilicet sit astri *δ* primus ortus apparens sole in *ε* puncto manente, ut, cum sol in *ε* punctum pervenerit, tunc primo appareat *δ* astri ortus matutinus apparens: nam sole nondum ad punctum *ε* accedente, verum adhuc etiam in circumferentia *αε* existente, non praeveniet *δ* astri ortus matutinus apparens.

6 PAG. 58, 8: *τοῦ μὲν οὖν ἡλίου διαπορευομένου τὰς ΑΕ ΗΓ περιφερείας οὐ φαίνεται τὸ Δ ἄστρον ἐπιτέλλον*] Quoniam sol circumferentiam *αε* perambulans et in *ε* punctum perveniens, tunc astro *δ* fit primo ortus matutinus apparens: sole igitur circumferentiam *αε* percurrente et non adhuc ad punctum *ε* perveniente, non fit astro *δ* ortus matutinus apparens: quare sole circumferentiam *αε* transeunte, astrum *α* non conspicitur oriri: similiter autem sole circumferentiam *γη* percurrente, astrum *δ* non videtur oriri.

7 IN PROPOSITIONEM IV PAG. 62, 19: *καὶ ἔσται τὸ μὲν ΑΕΓ ἡμικύκλιον ὑπὲρ γῆν τὸ δὲ ΑΓΖ ὑπὸ γῆν*] Quoniam et in parallelis circulis, quos puncta describunt, tunc *α* oriens occidit, et astrum *γ* occidens oritur, et quo tempore utrumque astrorum propriam circumferentiam deambulat, zodiacus contra positionem habebit, et qui est semicirculus sub terram, erit supra terram.

8 PAG. 64, 2: *ἔστω οὖν τοῦ Α ἄστρου ἡ φαινομένη ἑῴα δύσις τοῦ ἡλίου ὄντος πρὸς τῷ Ζ*] Sed explana-

tionis gratia sit, ut occidente α in puncto ϑ astrum γ oriatur in puncto $\varkappa$, et zodiacus circulus positionem habeat $\varkappa\vartheta\nu$: apparebit iam semicirculus $\alpha\varepsilon\gamma$, sicuti



$\vartheta\nu\varkappa$, supra terram, et circumferentia $\alpha\varepsilon$ erit sicuti circumferentia $\vartheta\nu$; reliqua vero etiam, ut reliqua, sub terram erit: et proinde occidente α in puncto ϑ et oriente γ in puncto $\varkappa$ et sole perveniente ad punctum γ, id est ad punctum $\varkappa$, et punctum quidem γ fiet ad punctum $\varkappa$: atque erit astri ϑ occasus matutinus verus, scilicet astri α erit occasus matutinus verus. Perveniat siquidem astrum α ad punctum ε: erit igitur ipsius ϑ, id est astri α, occasus matutinus apparens sole existente in puncto μ, id est in puncto ζ (circumferentia enim $\mu\varkappa$ est eadem atque $\gamma\zeta$): quare sole in puncto ζ existente astri α est occasus matutinus apparens.

PAG. 64, 8: *καὶ διαπορεύεται ὁ ἥλιος τὸ ΕΓΖ ἡμι-* 9
κύκλιον ἐν ἡμίσει ἐνιαυτοῦ] Deambulante sole circumferentiam $\varepsilon\gamma\zeta$ fit ipsius α astri et matutinus ortus apparens et matutinus occasus apparens: quare dimidii anni spatio fit.

PAG. 66, 14: *τοῦ Γ ἄρα ἀνατέλλοντος τὸ Β ὑπὲρ* 10
γῆν ἐστιν] Quoniam vero occidente astro α et astrum β est supra terram: verum occidente astro α et astrum γ oritur: quare astro γ oriente et β astrum est supra terram [1]).

1) In margine citat Auria '6. Euclid. Phaenom.'

11 PAG. 66, 17: *ἔστω τὸ M*] Videlicet *τὸ ὀφεῖλον* astrum oriatur astro *β* occidente, et erit in circumferentia *θξκ*, quae quidem est sub terram, quoniam astrum *β* est supra terram: quare, quando *β* astrum occidit, et astrum *μ* scilicet oritur.

12 PAG. 68, 1: *ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ΘN τῇ OM*] Quoniam aequali tempore supponitur astra solis radios effugere. (Vide scholium positum in margine in quartam huius.[1])

13 PAG. 68, 6: *διὰ πλείονος ἡμίσους ἐνιαυτοῦ*] Sole etenim circumferentiam *νκο* deambulante astrum *β* ab ortu matutino apparente occasum matutinum apparentem facit, et quoniam dimidio semicirculo maior est, ideo maiori tempore dimidio anno astrum *β* id facit.

14 PAG. 70, 6: *ἡ ΞKO ἄρα ἐλάσσων ἐστὶν ἡμικυκλίου*] Demonstratur autem, etsi solis intercapedinem fecerimus eam quae est inter *νκ* circumferentiam, scilicet quae est a puncto *ν* usque ad punctum *κ*, demonstratur inquam, quod circumferentia *ξκο* omnino minor est semicirculo, addita etiam communi circumferentia *νκ*.

15 IN PROPOSITIONEM VI PAG. 72, 25] Itaque sex mensibus semper fere astra apparebunt, sex autem mensibus contra occultabuntur[2]).

16 PAG. 74, 18: *ἐξ ὅλων περιφορῶν καὶ τετάρτου*] Nam annus 365 diebus astronomicis, id est *τοῖς νυχθημέροις*[3]), et quarta insuper diei parte, id est

---

1) In nostra editione p. 65 adnot. 3.

2) Accuratius haec ab ipso Autolyco libri 2 propositione 6 pertractantur.

3) *νῦχθημεροῖς* expressum est apud Auriam.

horis sex, constat. Quarta igitur pars deficiens est differentia, qua astrum cum ipso sole non simul oriatur. (Vide quae sunt annotata in lib. Theodosii de habitationibus, in prop. X; huc enim spectare videntur.)

IN PROPOSITIONEM VII PAG. 76, 10: *Εἰ μὲν οὖν ὁ* 17
ἥλιος τὴν ΑΕΓ περιφέρειαν διέρχεται ἐν ὅλαις ἡμέραις, δῆλον ὡς δύσεται κατὰ τὸ Γ] Non deambulat autem, quoniam, si in 365 tantum revolutionibus annum percurrit sol, et dimidium circulum zodiacum in dimidio anno perambulans omnino occidet in γ puncto: sed quoniam totum zodiacum circulum non percurrit in 365 revolutionibus tantum, nisi quarta etiam parte unius revolutionis addita, patet, quod ante γ punctum alio in loco occidet: nam 365 revolutionum pars dimidia cum quarta insuper parte revolutionis alio in loco quam in puncto γ cadat necesse est. (Vide scholium primum positum in X proposit. lib. Theodosii de habitationibus.)

IN PROPOSITIONEM VIII PAG. 76, 22] Pro vesper- 18
tina postrema apparitione auctor intelligit occasum vespertinum apparentem, pro matutina prima apparitione vero matutinum ortum apparentem[1]. Ergo ab occasu vespertino apparente ortum matutinum apparentem faciunt astra, quaecunque sunt in circulo zo-

1) At vero Graecus scriptor *ἐσχάτην φάσιν ἑσπερίαν* intellexisse videtur vespertinum apparentem et occasum et ortum, atque item *πρώτην φάσιν ἑῴαν* matutinum apparentem et ortum et occasum. Nam libri secundi propositione 6 idem demonstrat tam ab occasu vespertino apparente ad ortum matutinum quam ab ortu vespertino ad occasum matutinum singula zodiaci astra per XXX dies latere.

diaco, cum aliquot dies et aliquot noctes occulta permanserint. (Lege X proposit. huius.)

19 PAG. 78, 5: *καὶ τὸ E ἄστρον ἐσχάτως μὲν περικαταλαμβανέσθω* cet.] Videlicet, postquam sol occidit, ipso quidem in ζ puncto manente, postremo astrum ε appareat occidere, et rursus, antequam oriatur sol, ipso quidem in η puncto manente, primo videatur oriri. Sole enim nequaquam occupante ipsum astrum, verum quindecim gradibus ab eo distante, postquam occidit, postremo astrum apparet: adhuc enim etiam ipsum occupante sole, lateat necesse est: quin etiam sole, motu mundo contrario progrediente, non apparet astrum: rursus sole ab ortu plane remoto, primo astrum ε apparet, antequam ipse sol exoriatur. Recte igitur primum erit postremus ortus [1]) vespertinus apparens, deinde primus ortus matutinus, quoniam, ut se habet in propositione, a vespertino facit matutinum.

20 IN PROPOSITIONEM IX PAG. 82,12: *καὶ τὸ Z ἄστρον ἐσχάτως μὲν περικαταλαμβανέσθω* cet.] Videlicet astrum ζ faciat postremum ortum [2]) vespertinum sole manente in puncto ϑ, et deinde faciat primum ortum matutinum sole in puncto κ existente [3]).

21 PAG. 82, 17: *καὶ ἐπεὶ τὰ Z H ἄστρα ὁμοῦ δύνει* cet.] Si etenim per puncta η et ζ circulos parallelos

1) Legendum esse *occasus* docet proxima adnotatio.

2) Immo *occasum*, id quod ipsum etiam Auriam voluisse apparet collata p. 22 media, ubi ad Latina, quae respondent Graecis *τὸ Z ἄστρον ἐσχάτως μὲν περικαταλαμβανέσθω* cet., in margine citat definitionem 8 (nobis nonam), quae est de occasu vespertino apparente. Accedit illa definitio, quam idem supra in scholio 18 proposuit.

3) Praeterea in parenthesi citat Auria 'scholium 1. in 8. huius' (nobis scholium 18), et in margine '10. prop. huius'.

descriptos intellexerimus, erunt nimirum circumferentiae circulorum per ζ et η puncta transeuntium, inter semicirculos non concurrentes interceptae, similes inter se[1]), et hanc ob caussam eodem tempore astra ζ et η occidunt, similes namque circumferentias tempore aequali praetereunt[2]).

PAG. 84, 7: *τὸ H ἄστρον οὔπως ἐκφεύγει τὰς τοῦ* 22
ἡλίου αὐγάς] Siquidem enim astrum ζ solis radios effugit, et quoniam astrum η retro est ipsi astro ζ, patet, quod non longe aberit, quin solis radios effugiat: post igitur aliquot dies solis radios effugiet. Quare fit, ut maiori quidem tempore quam astrum ζ maneat occultum.

IN PROPOSITIONEM X PAG. 84, 19—86, 1: *τουτέστιν* 23
ἵν' ᾗ τοῦ μὲν H ἡ ἑῴα φαινομένη ἐπιτολή] Sole siquidem a puncto β, id est ab occasu, iter faciente, quandoquidem fecit ipsius astri η matutinum ortum verum in mundi circumvolutione; distante tamen gradibus quindecim a puncto γ sub terram, tunc primo astrum η oriri apparebit: quare astri η erit ortus matutinus apparens.

PAG. 86, 1: *τοῦ δὲ Θ ἡ ἑσπερία φαινομένη δύσις*] 24
Quo autem tempore sol ad ipsum astrum ϑ venit, simul cum eo occidit: quare erit astri ϑ occasus vespertinus verus: antequam igitur ad ipsum ϑ accedat sol, distans autem ab eo gradibus quindecim sub terram, motu ipsius mundi postremo astrum ϑ occidere apparebit.

PAG. 88, 2: *ἔσται ἄρα τοῦ H ἄστρου ἡ ἑσπερία* 25
φαινομένη ἐπιτολη cet.] Quoniam autem astra, quae

---

1) '13. Theod. 2 Sphaericorum' in margine citat Auria.
2) '2. Autolyci de Sphaera, quae movetur' idem.

sunt in circulo zodiaco per diametrum posita, coniugate et oriuntur et occidunt[1]), astro igitur *η* oriente et astrum *λ* occidit: et sole quidem manente in puncto *λ* astri *η* est occasus vespertinus verus: sed priores sunt apparentes veris[2]); sole igitur in puncto *ν* existente (praeit namque astrum *ν* ipsum *λ*) erit astri *η* postremus[3]) ortus vespertinus apparens.

26 PAG. 88, 11: *ἔσται ἄρα τοῦ ἡλίου ὄντος πρὸς τῷ Ξ τοῦ Θ ἄστρου ἡ ἑῴα φαινομένη δύσις*] Rursus, per eandem 6. Euclid. phaenom., quoniam astra, quae sunt in circulo zodiaco per diametrum, coniugate et oriuntur et occidunt, igitur astro *ϑ* occidente et astrum *μ* oritur: atque sole in *μ* puncto manente erit astri *ϑ* occasus matutinus verus: posteriores namque sunt apparentes veris: sole igitur in puncto *ξ* existente erit astri *ϑ* primus[4]) occasus matutinus apparens: posterius namque est astrum *ξ* ipso *μ* astro.

27 PAG. 90, 2: *τὸ δὲ Η τῷ Κ συνανατέλλει*] Quoniam circumferentiae, quas percurrit sol, cum inter semicirculos existant non concurrentes, erunt similes per 13. Theod. 2. sphaer., quas quidem (per 2. Autolyci de sphaera quae movetur) aequali tempore sol percurrit.

28 PAG. 90, 20: *Ὑποκείσθω γὰρ ἴσην εἶναι τὴν ΒΗ τῇ ΓΘ*] Quoniam circulus zodiacus *ἐν τῷ νυχθημέρῳ*[5]) omnem positionem potest habere, habeat hanc ita, ut

1) Eucl. phaenom. 6 citat Auria in marg.

2) Propos. 1 huius, et quidem quartam eius partem (in nostra editione p. 54, 18) citat idem.

3) Hoc adiectivum abundare docet definitio 8.

4) Conf. adnot. 3. Huc pertinet definitio 7.

5) *ἐν τῶ νυχθημερῷ* Auria.

punctum ζ sit in bipartita sectione segmenti $\beta\zeta\gamma$, puncta autem β et γ sint in horizonte: quando autem punctum ζ propius accedit ad horizontem vel versus punctum β vel ipsum γ, non amplius habet eandem positionem zodiacus: et erit circumferentia $\eta\beta$ aequalis ipsi $\vartheta\gamma$.

PAG. 92, 1: *ὥστε καὶ ἡ ΓΝ τῇ ΒΞ ἴση ἐστίν*] 29
Quoniam $\eta\mu\lambda$ semicirculi circumferentia est, et $\vartheta\lambda\mu$ etiam semicirculi circumferentia est, aequalis igitur est ipsa $\eta\mu\lambda$ ipsi $\vartheta\lambda\mu$ circumferentiae: communis auferatur circumferentia $\mu\lambda$: et reliqua igitur $\eta\mu$ reliquae $\vartheta\lambda$ aequalis est: ostensum autem est circumferentiam $\eta\beta$ aequalem esse ipsi $\vartheta\gamma$[1]): et reliqua igitur $\beta\mu$ ipsi $\gamma\lambda$ aequalis est: et quoniam, ut patet in propositione, circumferentiae $\xi\mu$ et $\nu\lambda$ invicem sunt aequales, quare et circumferentia $\beta\xi$ ipsi $\gamma\nu$ aequalis etiam erit.

PAG. 92, 3: *τὰς δὲ μείζους περιφερείας ἀπέχοντος* 30
τοῦ ἡλίου cet.] Maiores scilicet dimidio signo, id est quae sint maiores quindecim gradibus: nam suppositum est, sole sub horizonte manente et quindecim gradibus ab horizonte sub terram distante, astra apparitionem facere: sole igitur sub terram plus quam quindecim gradibus ab horizonte distante, multo magis astra apparebunt: si igitur, sole distante ab horizonte sub terram intervallo circumferentiarum $\eta\zeta$ et $\zeta\vartheta$, astra apparent, multo magis supra horizontem apparebunt ipsa astra sole maioribus circumferentiis, quam sunt ipsae $\eta\zeta$ et $\zeta\vartheta$, distante sub terram ab horizonte.

---

1) In schol. 6 praecedenti. AURIA in marg., id est schol. 28 nostrae editionis.

31 PAG. 92, 5: *ὥστε τοῦ ἡλίου — διαπορευομένου τὴν ΝΜΞ περιφέρειαν* cet.] Si enim, deambulante sole circumferentiam $\gamma\nu$ et $\beta\xi$ sub terram, astra apparent, percurrente igitur circumferentiam $\nu\mu\xi$ sub terram plus ab horizonte distantem, tanto magis astra apparent.

32 PAG. 92, 14: *ἡ ἄρα ΝΜΞ δύο ζῳδίων ἐστί*] Et quoniam $\vartheta\beta\mu$ semicirculi circumferentia est, et $\eta\mu\lambda$ etiam semicirculi circumferentia est, aequales igitur inter se sunt dictae iam semicirculi circumferentiae. Auferatur autem circumferentia $\eta\mu$, quae utrique circumferentiae communis est: igitur et reliqua circumferentia $\eta\vartheta$ reliquae $\mu\lambda$ circumferentiae est aequalis. Continet autem $\eta\vartheta$ unum integrum zodiaci signum: quare et ipsa $\mu\lambda$ circumferentia unum etiam signum integrum zodiaci circuli continebit. Et quoniam $\xi\mu$ et $\nu\lambda$ ipsis $\eta\zeta$ et $\vartheta\zeta$ sunt positae aequales, et continent ipsae simul $\xi\mu$ et $\nu\lambda$ unum integrum zodiaci signum, quare tota circumferentia $\nu\mu\xi$ duo signa zodiaci continebit. Reliqua ex se patent.

33 IN PROPOSITIONEM XI PAG. 94, 6: *Οὐθὲν τῶν ἐπὶ τοῦ τῶν ζῳδίων κύκλου ἄστρων ὀφθήσεται φερόμενον ὅλον τὸ φανερὸν ἡμισφαίριον*] Videlicet in una nocte nullum astrum videbitur et oriri et occidere, scilicet vel facere vespertinum ortum vel matutinum occasum: quod autem interdum videatur in una nocte facere et ortum matutinum et occasum vespertinum, lege 2. propositionem 2. huius.

34 PAG. 96, 16: *καὶ γὰρ ἐνδέχεταί τινα κύκλον γραφῆναι ὡς τὸν ΓΗ* cet.] Sole etenim sub terram existente, et manente sub terram etiam circumferentia,

quae maior sit ipsa $\delta\varepsilon$, et altera quae minor sit ipsa $\gamma\eta$ circumferentia: quo itaque tempore mundus circumagit ipsam circumferentiam $\delta\varepsilon$ sub terram manentem, ipsa $\gamma\eta$ apparet deferri, veluti quae tempore minori circumferatur supra terram: antequam igitur sol exoriatur, hemisphaerium apparens transit.

IN PROPOSITIONEM XII PAG. 98, 18: *Ἔστω γὰρ τῷ* 35
Δ ἄστρῳ ἡ ἀληθινὴ ἑῴα δύσις τοῦ ἡλίου ὄντος πρὸς τῷ Ε] Etenim occidente α zodiacus circulus contrapositionem habebit, et semicirculus $\alpha\varepsilon\gamma$ est supra terram. Quoniam vero astrum δ prius occidit quam astrum α [1]), igitur astro δ occidente et astrum simul oriens, scilicet ε, cum ipso δ occidente erit in semicirculo supra terram, scilicet in semicirculo $\alpha\varepsilon\gamma$: quare sole existente in puncto ε, astri δ est occasus matutinus verus.

IN PROPOSITIONEM XIII PAG. 102, 20: *τῷ Β ἄρα* 36
ἄστρῳ ἡ ἀπὸ ἑῴας ἀληθινῆς ἐπιτολῆς ἑῴα ἀληθινὴ δύσις γίγνεται διὰ πλείονος χρόνου ἡμίσους ἐνιαυτοῦ] Occidente siquidem astro α circulus zodiacus contrapositionem habebit, et semicirculus $\alpha\zeta\gamma$ erit sub terram. Quoniam autem astrum β posterius occidit quam astrum α [1]), igitur astrum simul oriens, videlicet ζ, occidente astro β erit in semicirculo sub terram, scilicet in semicirculo $\alpha\zeta\gamma$: sole igitur in ζ puncto existente, astri β est occasus matutinus verus. Quare sole circumferentiam $\alpha\gamma\zeta$ percurrente astri β est occasus matutinus verus ab ortu matutino vero: et tempus, quo sol circumferentiam $\alpha\gamma\zeta$ pertransit, maius est dimidio anno.

1) 9. Autolyci de Sphaera quae movetur. AURIA in marg.

IN LIBRUM SECUNDUM.

37 IN PROPOSITIONEM I PAG. 106, 18: *Τοῦ ζῳδιακοῦ ἓν δωδεκατημόριον*] Dodecatimorium vocat auctor duodecimam partem in totius mundi circumferentia, a quocunque libuerit zodiaci puncto acceptam[1]).

38 Duodecimam partem non intelligit, veluti verbi gratia zodiaci circuli divisio si fiat in duodecim signa, ut sit pars duodecima, aut aries aut taurus aut gemini etc. Sed *δωδεκατημόριον* dicit, si divisa fuerit mundi tota circumferentia, in qua situs est et zodiacus circulus, in partes duodecim, licebit unam harum partium accipere, a quocunque volueris puncto zodiaci circuli, quam partem *δωδεκατημόριον* dicit.

39 IN PROPOSITIONEM V PAG. 114, 10: *τὴν βόρειον ζώνην*] Zona borealis vocatur intervallum, quod est ab aequinoctiali circulo quadrans, ad polum borealem usque interceptum[2]).

40 IN PROPOSITIONEM I PAG. 108, 13: *ἡμίσους δὲ ζῳδίου ἐστὶν ἡ ΖΔ περιφέρεια*] Quoniam supponitur totam circumferentiam esse *δωδεκατημόριον*: et dividitur tota *δε* in duas partes aequales in puncto *ζ*: quare erit *ζδ* grad. XV.

41 PAG. 108, 17: *οὐδὲ ἡ ΖΕ ἀνατέλλουσα ὁρᾶται*] Quoniam autem sole manente in puncto *ζ* tantum astrum *δ* conspicitur, et circumferentia *ζδ* non appa-

1) Ex scholio antiquo. AURIA in marg. p. 37; 'Diffinitio prima' idem superscripsit huic scholio, cuius explicandi causa apud illum sequitur alterum scholium, in hac editione 38.

2) Ex scholio antiquo. AURIA in marg. p. 38; 'Diffinitio secunda' huic scholio superscripsit idem.

ret oriri, tanto magis neque ipsa $\zeta\varepsilon$ apparebit noctu oriri, quoniam tota sub terram est.

PAG. 108, 19: *ὅλη ἡ ΕΔ περιφέρεια* cet.] Quoniam 42
sole manente in puncto ζ astrum ε occidere videtur: sol etenim ante ipsum occidit: quare et $\varepsilon\zeta$ circumferentia non videtur occidere, quoniam tantum punctum ε videtur occidere: nequaquam igitur tota $\varepsilon\delta$ occidere conspicitur, cum tota sit sub terram.

PAG. 108, 21: *οὐδὲ μὴν ἡ κατὰ διάμετρον αὐτῇ ἡ* 43
ΓΗ] Quoniam punctum γ antegreditur ipsum η, et prius occidit quam ipsum η: quare et tota $\eta\gamma$ circumferentia occidere non conspicitur: solummodo enim punctum γ occidere videtur.

PAG. 110, 2: *οὐδὲ μὴν ἡ κατὰ διάμετρον* cet.] Et- 44
enim occidente circumferentia $\varepsilon\delta$ et puncto ε viso occidere, et ipsi per diametrum positum punctum η apparebit oriri[1]). cum autem punctum γ antegrediatur et supra terram sit, necessario tota $\gamma\eta$ circumferentia supra terram conspicietur; quare et tota oriri videbitur.

IN PROPOSITIONEM II PAG. 110, 16: *ἡ δὲ ΕΘ ἡμέ-* 45
ρας ἀνατέλλουσα οὐχ ὁρᾶται] Propterea quod sol supra terram existens facit, ut ipsa circumferentia $\varepsilon\vartheta$ minime appareat: prius enim quam ipsa oritur.

PAG. 110, 19: *ἡ δὲ ΕΘ περιφέρεια — φαίνεται δύ-* 46
νουσα] Etenim sole antegrediente ipsam $\varepsilon\vartheta$ circumferentiam et propterea prius occidente, quando punctum ε occidit, tota circumferentia $\varepsilon\vartheta$ apparet occidere, quoniam quidem punctum ϑ est supra terram, veluti illud quod solem consequatur: quare tota $\varepsilon\vartheta$ distat a sole supra dimidium zodiaci circuli manens.

1) Eucl. phaenom. 6 citat Auria in marg. p. 40.

47 IN PROPOSITIONEM IV PAG. 114, 5: *καὶ ἔστω ἐπὶ τοῦ Π τόπου*] Ita ut circumferentia $\pi\eta$[1]) sit dimidium signum: quoniam ipsa tota $\vartheta\eta$ sex signa comprehendit, veluti quae semicirculi circumferentia sit.

48 PAG. 114, 7: *ἀπὸ δὲ τοῦ Η ἡμίσους ζῳδίου περιφέρειαν*] Scilicet moveatur sol a puncto η, per dimidii signi circumferentiam distans, usque ad punctum π.

49 PAG. 114, 8: *τὰ Μ Θ Ν ἄστρα ἀπὸ ἑῴας ἀνατολῆς ἑσπερίαν ἀνατολὴν ποιεῖται*] Quoniam est suppositum astra μ et ν simul cum puncto ϑ oriri, atque ostensum est quidem de astris μ et ν, et simul etiam demonstratum est de astro ϑ, quod est in zodiaco circulo, etsi de ho c in propositione nulla sit mentio

50 IN PROPOSITIONEM V PAG. 114, 11: *τάς τε ἀνατολὰς καὶ τὰς δύσεις ἑσπερίας τε καὶ ἑῴας*] Hic intelligit de ortu et occasu apparente: nam in sexta propositione primi libri de veris ostendit, qui quasi per anni spatium perficiuntur.

51 PAG. 116, 9: *καὶ τοῦτο αἰεὶ ἔσται, ἕως ἂν ὁ ἥλιος — ἀφίκηται ἐπὶ τὸ Ν*] Semper enim deinceps deambulante sole de nocte, astrum ϑ semper prius oritur, veluti antegrediens: simul autem cum ipso oritur astrum μ: hoc autem semper sic erit, quoad sol quinque mensium spatio fecerit ortum vespertinum[2]): nam deinceps deambulando facit alias *φάσεις*, scilicet matutinum occasum et vespertinum occasum, donec perveniens ad punctum ν denuo faciet sol ortum matutinum.

---

1) Apud Auriam *HG* expressum est pro *TG*, quod respondet Graecae notationi $\pi\eta$.

2) 'ut in 4. huius 2. lib. patet'. AURIA in marg. p. 46.

PAG. 116, 20: *τοῦ ἄρα ἡλίου ἐπὶ τοῦ Ο γενομένου* 52
cet.] Quoniam per sextam Euclidis Phaenom. astra, quae in circulo zodiaco per diametrum sunt, coniugate et oriuntur et occidunt: astro igitur ξ, cum per diametrum sit ipsi ν, et ξ oriatur, necessario et ipsum ν occidet: quare cum astrum ξ matutino ortu oriatur sole manente in puncto ο, et astrum ν contra matutino occasu occidet.

IN PROPOSITIONEM VI PAG. 120, 21: *τὸ Δ ἄστρον* 53
ἑσπερίαν ἐπιτολὴν ποιεῖται] Etenim sole in puncto ζ existente astri γ est occasus vespertinus: sed occidente γ[1] astro et astrum δ oritur per sextam Euclidis phaenom.: sole igitur in ζ puncto manente astri δ est ortus vespertinus.

PAG. 120, 25: *καὶ φανερὸν ὅτι πέντε ζῴδια διὰ* 54
πενταμήνου διέρχεται] Est enim circumferentia δγ zodiaci semicirculus et sex signa continet: cum autem circumferentiae δε et γζ unum signum zodiaci comprachendant, reliqua igitur circumferentia εζ quinque continebit signa, quae quidem spatio mensium quinque percurrit astrum δ.

PAG. 122, 3: *τὴν ἑῴαν δύσιν ποιεῖ τῷ Δ ἄστρῳ* 55
cet.] Etenim existente sole in η puncto, in mundi revolutione astri γ est ortus matutinus: sed puncto γ oriente et astrum δ occidit[2]): quare sole in η puncto manente astri δ est occasus matutinus, et neque oriri neque occidere videtur astrum δ toto eo tempore quo sol circumferentiam ζγη percurrit, scilicet per triginta

1) *G*, id est η, expressum est apud Auriam; veram scripturam praebet Graecum scholium κζ.
2) Eucl. phaenom. 6 citat Auria in marg. p. 48.

dies, quoniam sole progrediente a puncto ζ et punctum quidem γ non amplius distaverit ab ipso ζ quindecim gradibus: igitur neque apparebit facere vespertinum occasum: quare et neque astrum δ, quod ipsi γ est per diametrum positum, ortum vespertinum facere videbitur. Rursus autem sole ante punctum η manente et neque astrum γ distaverit quindecim partibus ab ipso puncto η: igitur neque apparet ortum matutinum facere: quare neque astrum δ, per diametrum ipsi manens, occasum matutinum facere videbitur.

56 PAG. 122, 5: *τὴν ἑσπερίαν δύσιν ποιεῖ τῷ Δ ἄστρῳ* cet.] Sole etenim in puncto ϑ manente: et in mundi revolutione astrum quidem ϑ perveniat ad punctum ζ: et punctum δ ad punctum γ: erit igitur astri δ occasus vespertinus.

57 PAG. 122, 9: *ἑνὸς γὰρ ζῳδίου δίεισιν περιφέρειαν*] Est enim et circumferentia $\vartheta\delta$ dimidii signi pars, et item ipsa $\delta\varepsilon$ dimidium signum continet: quare tota $\vartheta\delta\varepsilon$ unum continebit signum: quam etiam circumferentiam $\vartheta\delta\varepsilon$ sol diebus triginta percurrit.

58 IN PROPOSITIONEM VII PAG. 124, 22: *καὶ ἔστι μείζων ἡ ΚΓΕΛ περιφέρεια τῆς ΛΔΚ περιφερείας*] Quoniam autem circumferentia $\varepsilon\lambda$ ipsi $\delta\kappa$ est posita aequalis, et est circumferentia $\varepsilon\lambda\delta$ semicirculo zodiaci minor, quare[1]) et ipsa $\lambda\delta\kappa$ etiam semicirculo minor est: quare tota[2]) $\kappa\gamma\varepsilon\lambda$ semicirculo maior est: idque patet: et manifestum etiam est maiorem esse $\kappa\gamma\varepsilon\lambda$ ipsa $\lambda\delta\kappa$ circumferentia.

---

1) Ab hoc verbo apodosis incipit.
2) Immo 'reliqua': vide figuram ad propos. VII et Graecum schol. $\lambda\gamma$.

PAG. 128, 2: *καὶ προηγεῖται τὸ Κ τοῦ Ο*] Zodiaci 59
circuli signa ab occidente ad orientem obtinent positionem, verbi gratia, aries in occidentis parte; post arietem sequitur taurus magis ad ortum; deinde gemini etiam magis ad ortum; rursus cancer, et similiter cetera signa zodiaci. Atque haec signa *εἰς τὰ ἑπόμενα*, id est in consequentia, moveri dicuntur, quia a sole comprehenduntur ab occidentis motu ad orientem, ut exempli gratia ab ariete incipiendo taurus consequitur ipsum arietem, quoniam sol prius comprehendit arietem quam taurum. Similiter gemini consequitur taurum, et isto modo cancer consequitur signum gemini, et sic de ceteris, et hoc modo signa appellantur consequentia. In antecedentia autem et, ut graece, *εἰς τὰ προηγούμενα* dicuntur contra moveri a motu universi ab ortu ad occasum. Verbi gratia dicimus in hoc motu cancri signum magis orientale antecedere signum gemini, quod est minus ad orientem versus. Similiter gemini signum antecedere taurum, et tauri signum antecedere arietem etc.

IN PROPOSITIONEM VIII PAG. 130, 3: *τοῦ δὲ Γ δύ-* 60
νοντος τὸ Η ἑσπέριον ἀνατέλλει] Nam astro γ occidente et δ per diametrum ipsi positum oritur per sextam Euclidis phaenom.; sed cum astro δ oritur quidem astrum η simul: quare astro γ occidente et ipsum η vespertino ortu oritur.

PAG. 130, 22: *καὶ ἔστιν ἡ ΛΓΝ περιφέρεια τῆς* 61
ΝΔΛ ἐλάσσων] Quoniam circumferentia $\lambda\gamma$ circumferentiae $\nu\xi$ aequalis est (utraque enim signi dimidii partem continet), sed $\gamma\nu\xi$ circumferentia minor est semicirculo, quare et circumferentia $\lambda\gamma\nu$ est etiam

minor semicirculo: igitur et reliqua *νδλ* maior semicirculo est.

62 IN PROPOSITIONEM IX PAG. 132, 21: *βορειότερον μὲν τὸ E, νοτιώτερον δὲ τὸ K*] Non solum astra accipiuntur in horizonte borealiora et meridionaliora ipso zodiaco, sed etiam, ut hic, sub ipso zodiaco accipitur astrum *κ* meridionalius, quamvis non sit in horizonte acceptum.

63 IN PROPOSITIONEM X PAG. 136, 22: *ἐν ᾧ ὁ ἥλιος τὴν KΓM περιφέρειαν διέρχεται*] Ac manifestum est, quod astrum *ε* occultabitur, quo tempore sol circumferentiam *κγμ* percurrit. Quoniam autem[1]) sole in *κ* manente astrum *ε* ortu vespertino oritur, scilicet postremo apparet oriri[2]), et sole existente in puncto *μ* astrum *ε* occasu matutino occidit, videlicet primo occidere conspicitur[3]), quare astrum *ε* occultabitur sole circumferentiam *κγμ* percurrente.

64 PAG. 138, 4: *καὶ ἔστιν ἡ MN πέντε μηνῶν*] Quoniam vero astrum *λ* per diametrum est positum ipsi *η* astro, circumferentia igitur *λδη* sex signa continet, videlicet sol sex signa spatio sex mensium pertransit. Ex quibus ablata circumferentia *λμ*, quae dimidium signum continet[4]): reliqua igitur *μδη* quinque signa et insuper signi dimidium continet. Sed et ablata circumferentia *νδη*, quae dimidium signum continet: reliqua igitur *μν* circumferentia quinque signa habet, quae quidem sol quinque mensibus pertransit.

---

1) Hanc coniunctionem Auria in demonstratione geometrica ponere solet pro *enim*.
2) Def. 8 libri primi.
3) Def. 7 eiusdem.
4) Ut positum est. AURIA in marg. p. 57.

PAG. 138, 6: *καὶ ἔστιν ἡ ΝΔΘ ἐλάσσων ζῳδίου*] 65
Quoniam circumferentia *νδη* assumpta est uti dimidium signum, ideo circumferentia *νδ* est minor dimidio signo. Est autem *δϑ* circumferentia dimidium signum: quare tota *νδϑ* integro signo zodiaci minor est.

IN PROPOSITIONEM XII PAG. 140, 27: *ἐπὶ τὰ πρὸς* 66
μεσημβρίαν] Necessario addidit auctor 'quae versus meridiem sunt, ita ut quae simul cum his oriuntur astra ab iis quae simul cum iisdem occidunt, signi unius circumferentia distent': etenim nullum eorum astrorum quae in zodiaco circulo sunt, neque etiam quae sunt ad septentrionem, videbitur in una nocte aut[1]) vespertinum oriri aut[1]) matutinum occidere, ut in propos. XI primi lib. patet.

PAG. 144, 1: *τὸ Ε ἄστρον ἑσπέριόν ⟨τε⟩ ἀνατέλλει, καὶ* 67
ἑῷον δύνει] Sol etenim sub terram manet, quo tempore fit ab astro *ε* et ortus vespertinus et occasus matutinus: quare merito eadem nocte astrum *ε* et vespertinum oritur et matutinum occidit.

IN PROPOSITIONEM XIII PAG. 144, 17: *ἔστω τὸ Ε,* 68
συνδῦνον μὲν τῷ Γ cet.] Cum enim astrum *ε* sit magis septentrionale, ut ponitur[2]), quare astro *ε* occidente simul cum astro *γ* et oriente, astrum *γ* sub terram est. Sunt autem antegredientia puncta, ab ipso *γ* incipiendo, ipsa *ζ*[3]) et *μ*: quare astrum *ε* simul oritur cum antegrediente ipsum *γ*, id est cum ipso *ζ* astro.

---

1) Rectius Graecus scholiasta *καὶ* — *καὶ* posuit.
2) Autol. de sphaer. 9 in marg. p. 62 citat Auria, sed supra in contextu pauca omisit, quae vide in Graeco scholio ad h. l.
3) Auria hoc loco *F*, id est *ζ*, ponit pro *H*, id est *ϑ*.

69 PAG. 146, 19: *καὶ κρύψιν ἄγει ἐν ᾧ ὁ ἥλιος τὴν ΘΓΚ περιφέρειαν διέρχεται* cet.] Quoniam est demonstratum, quod sole in loco ϑ [1]) manente astrum ε postremo occidere videtur [2]), et primo oriri conspicitur [3]) sole existente in puncto κ, quare occultatur sole deambulante circumferentiam ϑγκ [4]), quae minor est zodiaci signo.

70 IN PROPOSITIONEM XV PAG. 150, 18: *τὸ Ε ἄστρον καὶ ἑῷον ἀνατέλλον ὁρᾶται καὶ ἑσπέριον δυόμενον*] Recte, siquidem sole in loco ϑ manente astrum ε mane oriri primo apparuit, praesertim ζ astro distante a sole dimidii signi intervallo: non igitur etiam magis apparet astrum ε mane, ζ astro magis a sole distante? Rursus, quoniam sole in loco η manente astrum ε postremo apparuit vesperi occidere, atque etiam quidem magis distante a sole astro γ, vesperi magis astrum ε occidere videtur. Quando igitur sol inventus fuerit in quocunque puncto circumferentiae ϑη, astrum ε eadem nocte et oriri mane et vesperi occidere conspicitur.

71 Indifferenter autem dixit, quod astrum ε et ortu matutino oritur et occasu vespertino occidit: nam in medio circumferentiae ϑη sole manente astrum ε apparet tantum, non autem etiam vel matutinum oriri vel vespertinum occidere [5]).

72 PAG. 152, 4: *καὶ τὸ Ε ἄρα ἑῷον δύνει*] Etenim

---

1) Auria iterum *F*, id est ζ, habet.
2) Id est, occasu vespertino occidit. AURIA in marg. p. 63.
3) Id est, ortu matutino oritur. IDEM.
4) Rursus *FCK*, id est ζγκ, Auria.
5) Hoc scholium Auria priori subiungit, 'Ex scholio antiquo' in margine adnotans.

quanto magis sol ab astro δ distaverit, tanto magis videtur astrum ε occidere, quousque sol ad locum η accesserit: ibi enim sol cum erit, astrum ε postremo occidere conspicitur.

IN PROPOSITIONEM XVI PAG. 152, 17: *συνανατελ-* 73
λέτω δὲ τῶν ἑπομένων τινὶ τῷ Γ] Quoniam vero γ astrum prius oritur quam astrum ε[1]), igitur γ oriente astrum ε etiam sub terram est: quare ε simul quidem oritur cum aliquo eorum astrorum quae consequuntur ipsum γ, videlicet cum ipso ζ simul oritur. Et partes occidentales sunt versus γ punctum, mundus autem ab ortu convertitur ad occasum, videlicet a δ puncto ad partes ipsius γ: ideo consequentia astra ab occasu ad ortum sunt, quae videlicet a puncto γ ad partes ζ et μ tendunt.

PAG. 154, 14: *τὸ Ε κρύψιν ἄξει*] Etenim sole in 74
loco λ existente astrum ε postremo apparuit occidere: quare non apparet deinde, quousque sol ad punctum μ accesserit: tunc enim primo oriri videtur. Quare sole circumferentiam totam λγμ deambulante astrum ε occultum latebit.

IN PROPOSITIONEM XVII PAG. 156, 11: *ἑῷον ἄρα* 75
δύνει τὸ Γ, καὶ τὸ Ε] Quoniam δ astro oriente et astrum γ, ipsi δ per diametrum positum, occidit per sextam Euclid. phaenom., quare oriente δ astro ortu matutino et γ occidet occasu matutino. Et quoniam positum est astrum ε simul occidere cum astro γ, quare et ipsum astrum ε occasu matutino occidit.

1) Autol. de sphaera quae movetur 9 Auria citat in marg. p. 67.

INDEX IN AUTOLYCUM.

Compendia scripturae *Σφ.*, *'Επ.*, *Σχ.* significant librum *περὶ κινουμένης σφαίρας*, libros *περὶ ἐπιτολῶν καὶ δύσεων* (ac nota quidem I priorem, II alterum librum), denique *σχόλια*. Numeri qui haec compendia sequuntur sunt paginarum, proximi quique commate interposito versuum. Singuli eiusdem paginae versus punctis, paginae a paginis semicolis distincta sunt.

Prout idem vocabulum vel eadem verbi forma saepius redibat, nisi forte ad unum omnes loci afferendi esse videbantur, adiunctis notis *cet.* vel *similiter passim* significavimus scriptoris usum dicendi iis locis qui ante citati sunt satis illustratum, eaque de causa reliquos eius generis locos omissos esse. Conf. praefationem in indicem Graecitatis Pappi vol. III tom. II.

52, 10, ac similiter passim; ἑῴας οὔσης ἀληθινῆς ἐπιτολῆς Σχ. 84, 28; ἡ ἑσπερία ἀληθινὴ ἀνατολή Ἐπ. I 54, 3 cet.; ἡ ἑῴα ἀληθινὴ δύσις Σχ. 64, 23 (item omisso ἑῴα 64, 24), vel τῆς ἀληθινῆς (scil. ἑῴας δύσεως) Ἐπ. I 52, 14. 28, vel τοῦ Β ἄστρου ἡ ἀληθινὴ ἑῴα ἐστὶ δύσις 52, 12 s., ac similiter passim; ἀληθιναί (scil. ἐπιτολαί τε καὶ δύσεις) Ἐπ. I, 48, 6, τῶν ἀληθινῶν 48, 7; 50, 7 s. 9 cet. — αἱ ἀληθιναί, scil. ἑῷαι ἐπιτολαί τε καὶ δύσεις, in citanda priore parte libri de ort. I propositionis I: ὕστεραι δέ εἰσιν αἱ φαινόμεναι τῶν ἀληθινῶν Ἐπ. I 56, 26 s.; 60, 7 s.; 64, 1; 66, 18 s.; Σχ. 88, 28 s., vel ὕστερον et cetera perinde Ἐπ. I 62, 12 s.; αἱ ἀληθιναί, scil. ἑσπέριαι ἐπιτολαί τε καὶ δύσεις, in citanda eiusdem propositionis parte posteriore: πρότεραι δέ εἰσιν αἱ φαινόμεναι τῶν ἀληθινῶν Ἐπ. I 58, 5 s.; 60, 12 s.; Σχ. 88, 22; ἡ ἀληθινή, scil. ἑσπερία ἐπιτολή, item in citando uno casu eiusdem propositionis: προτέρα δέ ἐστιν ἡ φαινομένη τῆς ἀληθινῆς I 72, 6, vel ἡ ἀληθινή, scil. ἑῴα δύσις, similiter in citando uno casu eiusdem propositionis: προτέρα δέ ἐστιν ἡ ἀληθινὴ τῆς φαινομένης Ἐπ. I 68, 23 s., vel ἡ ἀληθινή scil. ἑσπερία δύσις, item: προτέρα δέ ἐστιν ἡ φαινομένη τῆς ἀληθινῆς Ἐπ. I 72, 17 s.

ἀλλά Σφ. 8, 24; 12, 13 cet.; ἀλλὰ καί 8, 16; 10, 24 cet.; ἀλλ' εἰ δυνατόν 8, 9; 22, 23.

ἀλλήλων Σχ. 18, 28; ἀλλήλοις Σφ. 16, 22; 18, 4; ἀλλήλους 32, 3.

ἄλλος Ἐπ. I 56, 19; 58, 18; 98, 2. 15; 102, 14 (conf. χρόνος); Σχ. 22, 30 (conf. διά); 116, 24; ἄλλος τις Σφ. 40, 13. 26; ἄλλῃ τινί 12, 6; ἄλλο τι 8, 20; 46, 15; ἄλλου τινός 22, 24; 24, 15.

ἅμα ἀνατέλλειν vel δύνειν dicuntur puncta Σφ. 32, 9. 10, vel astra Ἐπ. I 64, 12; 66, 2; Σχ. 86, 16; τὰ Ζ Η (ἄστρα) ἅμα ἐμπίπτει εἰς τὰς τοῦ ἡλίου αὐγάς Ἐπ. I 82, 20 s.; ἅμα τὸ Ζ (σημεῖον) ἐπὶ τὸ Γ παραγίγνεται καὶ τὸ Η ἐπὶ τὸ Κ Σφ. 34, 21 s. — cum dativo: ἅμα τῷ ἡλίῳ ἀνατέλλοντι Ἐπ. I 48, 8; τὸ Δ ἄστρον τῷ Η ἄστρῳ ἅμα ἀνατέλλει, οὐχ ἅμα δὲ δύνει Ἐπ. II 124, 2 s.; similiter 124, 10 s.; 126, 4 s.; 128, 13 s.; 130, 11 s.; 134, 18—20; 138, 17 (conf. συνανατέλλειν et συνδύνειν); paulo aliter (τὸ Μ ἄστρον) ἅμα αὐτῷ συνανατέλλει, οὐχ ἅμα ἄρα αὐτῷ δύσεται 116, 16 s., cuius sententiae in priore parte ἅμα abundanter verbo συνανατέλλειν appositum est perinde ac paulo ante τῷ Θ ἅμα ἐστὶν συνανατέλλον τὸ Μ 116, 8 (conf. praef. p. XLVI).

ἀμφότερα γίνεται Σχ. 156, 29.

ἄν appositum optativo Ἐπ. I 74, 14; 76, 14; πάντως ἂν ἔδυνε Σχ. 76, 28. — ἕως ἄν, οἷος ἄν, ὅπου ἄν, ὅσος ἄν: vide haec vocabula.

ἀνά praepositio sensu distributivo posita: ἑκατέρα τῶν

HZ ZΘ (*περιφερειῶν*) *ἀνὰ ἥμισύ ἐστιν ζῳδίου* 'Επ. I 92, 11 s.; eadem loco adverbii posita: *ἑκατέρα τῶν HΞ ΘN ἀνὰ τεσσάρων ἡμίσους ζῳδίων ἐστίν* 94, 1 s.; similiter *ἀνὰ δύο ζῳδίων* 94, 3 s.; atque etiam 94, 2 *ἀνὰ δύο ἡμίσους ζῳδίων* pro *ἥμισυ* restituendum esse videtur. Conf. quae a nobis commemorata sunt in Fleckeiseni annalibus (*Jahrbücher für classische Philologie*) 1884 p. 741 s.

ἀναγκαίως Σχ. 140, 28.

ἀνάπαλιν Σχ. 134, 31.

ἀνατέλλειν dicuntur puncta Σφ. 12, 12. 22; 14, 6. 9. 12. 19. 26 cet., vel circulus Σφ. 42, 1 s. (conf. *ἀνατολή*); Σχ. 16, 27 s. cet., vel semicirculus Σφ. 42, 19 s. 22, vel circumferentia Σφ. 42, 14—16. 17. 18; 'Επ. II 108, 7; Σχ. 28, 35 cet., vel sol 'Επ. I 48, 8. 9. 16. 18; 50, 14. 19; 52, 15 cet. (conf. *ἥλιος*), vel astra Σφ. 34, 16; 'Επ. I 48, 12 cet.; Σχ. 116, 28 cet., vel *ζῴδια* 'Επ. II 112, 1—3. — Formae verbi occurrunt hae: *ἀνατέλλει* Σφ. 14, 26; 16, 5; 32, 11; 34, 16; 'Επ. I 56, 10. 12; 62, 17. 18. [22]; 64, 12; 66, 11; 68, 12 cet.; Σχ. 16, 28 cet.; *ἀνατέλλῃ* 'Επ. I 48, 12; 62, 21; 100, 3. 27; 104, 13. 21; 106, 6; *ἀνατελλέτω* 'Επ. I 54, 2; 56, 8; 66, 2; 70, 21 cet.; Σχ. 64, 17; *ἀνατέλλειν* Σχ. 28, 37; *ἀνατέλλων* Σχ. 116, 28; *ἀνατέλλοντος* 'Επ. I 50, 14. 19; 52, 15; 56, 24 cet.; *ἀνατέλλοντι* 'Επ. I 48, 8. 9; 62, 10; *ἀνατέλλουσα* 'Επ. II 108, 7. 16. 17. 18. 20; 110, 1. 14. 15. 16. 18 cet.; Σχ. 110, 25; *ἀνατελλούσης* 'Επ. II 108, 22; *ἀνατέλλον* 'Επ. I 48, 17; 50, 2. 20. 22; 52, 1; 54, 6. 8. 9 cet.; Σχ. 48, 20 (bis); 58, 33; 62, 26; 78, 24. 26 cet.; *ἀνατέλλοντος* 'Επ. I 58, 3; 66, 15 cet.; Σχ. 66, 25 cet.; *ἀνατέλλοντα* Σφ. 32, 19; 'Επ. I 96, 2; II 112, 16; 134, 6; *ἀνατελλόντων* Σφ. 32, 9; 'Επ. II 112, 3; *ἀνέτελλεν* 126, 14; *ἀνέτειλεν* Σχ. 56, 28; *ἀνατεῖλαι* 'Επ. I 48, 16. 18; Σχ. 78, 26; 80, 27. 32; 96, 30; 116, 35; *ἀνατείλας* 'Επ. I 74, 10; *ἀνατεῖλαν* Σχ. 150, 25; 152, 20; *ἀνατελεῖ* Σφ. 12, 12. 22; 14, 6. 9. 12. 19; 16, 10. 16; 22, 3; 42, 2; 'Επ. I 98, 1. 3 cet. — Formae *ἀνατέλλει* et *ἀνατελεῖ* inter se distinctae p. XLIII adnot. ad 100, 7. — Simplex *ἀνατέλλειν* distinctum a composito *συνανατέλλειν* p. XXXIX ad 76, 5. 6. — Synonyme astra dicuntur *ἐπιτέλλειν*, ubi vide, et conf. p. XXXVI ad 56, 18. 19.

ἀνατολή: *ποιεῖσθαι τὴν ἀνατολήν* dicitur circulus Σφ. 22, 23 s.; 24, 16. 18, idem *ποιεῖν τὴν ἀνατολήν* Σχ. 22, 30 s., idem *τῷ Δ ἄστρῳ ποιεῖν τὴν ἀνατολήν* Σχ. 58, 30; *ποιεῖσθαι τὰς ἀνατολάς* dicuntur circuli Σφ. 22, 9. 20 s. 22; 24, 20, vel circulus Σφ. 42, 24 s., vel astra 'Επ. I 72, 25 s.; 84, 12 s. cet. Conf. *ποιεῖν*. — *ἀνατολὴ τοῦ ἡλίου* 'Επ. II 108, 2; *ἀπὸ τῆς Δ ἀνατολῆς* 108, 3; *ἔστω ἐπὶ τῆς ἀνατολῆς τρία ἄστρα* 112, 23 s.; *τὸ ἐπὶ τῆς ἀνατολῆς* (*ἄστρον*) Σχ. 126, 20. 22, item *τὸ ἐν*

τῇ ἀνατολῇ 126, 25; ὡς ἀπὸ ἀνατολῆς ἐπὶ δυσμάς Σχ. 126, 17; πρὸς ἀνατολάς Ἐπ. I 94, 13 (conf. πρός); πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς Σχ. 80, 31 s.; κατὰ τὰς ἀνατολάς: vide κατά; ἐπὶ ἀνατολάς Σχ. 126, 31 s.; 128, 19. 20 s. 21 cet.; ἀπὸ ἀνατολῶν Σχ. 128, 25. — ἀληθινή, ἑσπερία, ἑῴα, φαινομένη ἀνατολή: vide haec adiectiva et φαίνεσθαι. — Conf. ἐπιτολή, δύσις, δυσμή, item verba ἀνατέλλειν cet.

ἀνατολικός: ἔστω ἀνατολικὰ μέρη τὰ Ζ Η Σφ. 40, 29, similiter Ἐπ. I 50, 12; τὸ ἀνατολικώτερον (ἄστρον) Σχ. 126, 17.

ἄνισος: εἰς ἄνισα τέμνεσθαι dicitur circumferentia Σφ. 20, 18 s.; 24, 9.

ἀντὶ τοῦ εἰς τὰ προηγούμενα μέρη Σχ. 122, 34; ἀντὶ τοῦ βραδύτερον 124, 29; similiter 124, 30.

ἀντιστρόφιον p. LV adnot. ad 10, 29.

ἀντίστροφον, scil. θεώρημα, Σχ. 10, 29; praef. p. XXVI adnot. ad 10, 10.

ἄνω: ὁμοίως τῷ ἄνω δειχθήσεται Σχ. 24, 23; τὸ ἄνω πῶς εἴρηται Σχ. 119, 7.

ἄνωθεν c. gen. p. LV adnot. ad 12, 23—25.

ἄξων sphaerae Σφ. 2, 13. 14. 16. 17; 4, 2. 5. 7. 20. 26. 27; 6, 4. 8. 12 cet.

ἀπεναντίον: (περιφέρεια) περιφερείᾳ ἴση τε καὶ ἀπεναντίον Ἐπ. I 100, 8 s.; similiter 104, 17 s.

ἀπέχειν: ἀπέχει πᾶσα (ἡ περιφέρεια) τοῦ ἡλίου ὑπὲρ ἥμισυ ζῳδίου Σχ. 110, 32 s.; ἐὰν τοῦ ὁρίζοντος ὑπὸ γῆν ἥμισυ ζῳδίου ἀπέχῃ ὁ ἥλιος Ἐπ. II 108, 12 s.; ἐὰν τὰ συνδύνοντα (ἄστρα) ἀπέχῃ τῶν συνανατελλόντων αὐτοῖς ἔλαττον ἡμίσους ζῳδίου II 134, 2—4; similiter 138, 8—10; 142, 1 s.; ἐὰν τὰ συνδύνοντα ἀπὸ τῶν συνανατελλόντων ἄστρων ἀπέχῃ cet. 144, 9—11; similiter 146, 23 s.; 150, 1 s.; 152, 9—11; 154, 19 s.; 156, 26—28; (ὁ ἥλιος) ἀπέχων αὐτοῦ (τοῦ ἄστρου) ιε΄ μοίρας Σχ. 86, 18; similiter 114, 20 s.; τὰς μείζους περιφερείας ἀπέχοντος τοῦ ἡλίου ὑπὸ τὸν ὁρίζοντα Ἐπ. I 92, 3 s.; similiter II 120, 20 s.; Σχ. 78, 25; 80, 29; 92, 22—26 cet.; ιε΄ μοίρας ἀπέχοντος τοῦ ἡλίου ἀπὸ τοῦ ὁρίζοντος Σχ. 92, 21 s.; similiter 92, 23; περιφέρεια ὑπὲρ ἥμισυ ζῳδίου περιφερείας ἀπέχουσα Ἐπ. II 110, 13 s.; (ἄστρον) ἀπέχον τοῦ Γ ιε΄ μοίρας Σχ. 122, 22 s., similiter 122, 26; item ἔλαττον ἀπέχον Σχ. 126, 28. Conf. ἀφιστάναι.

ἀπλανής: τῶν ἀπλανῶν ἄστρων αἱ ἐπιτολαί cet. Ἐπ. I 48, 5; ἄστρον τι τῶν ἀπλανῶν Ἐπ. I 50, 15; 52, 12; 54, 1 s. 18 s.; 56, 24 s.; 60, 5 s. cet.; ἕκαστον τῶν ἀπλανῶν ἄστρων Ἐπ. I 50, 6; 56, 17; 58, 16; 72, 25; 74, 16. 20. 25; 88, 15 s.; 90, 5; II 114, 10 s.; ἄστρα τινὰ τῶν ἀπλανῶν Ἐπ. I 62, 4. 10 s.; 70, 21; 72, 3 s.; 102, 19; similiter 84, 12—14; τῶν ἀπλανῶν ἄστρων ὅσα Ἐπ. I 60, 23; 70, 11; II 112, 17.

ἁπλῶς Σχ. 90, 23.

ἀπό: ἤχθω ἀπὸ τοῦ Γ ἐπὶ τὴν

AB εὐθεῖαν κάθετος *Σφ*. 4, 9 s.; ἀπὸ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας κάθετος ἦκται 4, 22 s.; ἡ ἀπὸ τοῦ *A* ἐπὶ τὸ *B* ἐπιζευγνυμένη εὐθεῖα 8, 15 s.; similiter *Σχ*. 26, 23 s.; ὅταν τὸ *H* σημεῖον ἀρξάμενον ἀπὸ τοῖ *E* σημείου — ἐπὶ τὸ *A* παραγένηται *Σφ*. 38, 12—14; ἀφ' οἵου ἂν ἐθέλῃς σημείου, scil. ἄρξασθαι, *Σχ*. 106, 25 s., ac similiter aliis locis; ἀπὸ κριοῦ ὁ ταῦρος τῷ κριῷ ἑπόμενος, ἀπὸ ταύρου δίδυμοι cet. *Σχ*. 128, 22—24; τὸ ἀπὸ τοῦ *Δ* ἡμικύκλιον *Σφ*. 30, 8; similiter 30, 9; *'Επ*. I 82, 10 s. 18—20 cet. (conf. ἀσύμπτωτος); τοῦ ἡλίου ἀπὸ τοῦ *Γ* ὄντος *Σχ*. 84, 29 s.; ἐὰν τὰ συνδύνοντα ἀπὸ τῶν συνανατελλόντων ἄστρων ἀπέχῃ cet. *'Επ*. II 144, 9—11, ac similiter passim: vide ἀπέχειν in formis ἀπέχῃ et ἀπέχοντος; ἀπὸ τῶν *Z H* ὡς ἐπὶ τὰ *A M B* μέρη *Σχ*. 82, 28; ἀπὸ τοῦ *Γ* ἐπὶ τὸ *Z* καὶ *M* *Σχ*. 152, 29 s.; ὡς ἀπὸ τοῦ *Z* ἐπὶ τὸ *Γ* *Σχ*. 152, 28; τὰ ἀπὸ τοῦ *Γ* ὡς ἐπὶ τὸ *Θ* καὶ *M* (ἄστρα) *Σχ*. 144, 27 s.; ἀπὸ δυσμῶν *Σχ*. 84, 27; ἀπὸ δυσμῶν ἐπὶ ἀνατολάς *Σχ*. 126, 31 s.; 128, 19; ὡς ἀπὸ ἀνατολῆς ἐπὶ δυσμάς *Σχ*. 126, 17; ἀπὸ ἀνατολῶν ἐπὶ δυσμὰς *Σχ*. 128, 25; ἀπὸ ἀνατολῶν ἐπὶ δύσιν *Σχ*. 152, 28; ἀπὸ δύσεων ἐπὶ ἀνατολάς *Σχ*. 152, 28; ἀπὸ ἑῴας φαινομένης ἐπιτολῆς vel δύσεως *'Επ*. I 56, 17 s.; 58, 16 s.; 60, 24; 62, 7 cet. (conf. γίγνεσθαι et ποιεῖν); (ἔσται ὁ χρόνος) τῷ *H* ἄστρῳ ἀπὸ ἑῴας φαινομένης ἐπιτολῆς ἐπὶ τὴν ἑσπερίαν φαινομένην ἐπιτολήν *'Επ*. I 88, 6 s., similiter 88, 14 s.; item ἀπὸ τῆς ἑῴας ἐπιτολῆς ἐπὶ τὴν ἑσπερίαν ἐπιτολήν vel similiter astra dicuntur παραγίγνεσθαι vel παρεῖναι vel ἥκειν: vide haec verba; ἡ ἀπὸ ἑῴας ἀληθινῆς ἐπιτολῆς ἑῴα ἀληθινὴ δύσις *Σχ*. 102, 31 s.; (ὁ ἥλιος) ἀπὸ ἑσπερίας (ἐπιτολῆς) ἑῴαν ποιεῖται *Σχ*. 80, 34 s. — ἀπό, *propter* theorema aliquod, *Σχ*. 4, 30; 30, 25. 26; 36, 16. 17; 38, 19; 132, 25. 30.

ἀποδεικνύναι: pass. ἀποδείκνυται *Σχ*. 114, 22; ἀπεδείχθη 10, 31. Conf. δεικνύναι.

ἀπόδειξις *Σχ*. 119, 1.

ἀποκαθιστάναι: (ἐὰν) περιενεχθὲν τὸ ἡμικύκλιον εἰς τὸ αὐτὸ πάλιν ἀποκατασταθῇ *Σφ*. 4, 13 s.

